

[Blank label with a small mark]

~~Hist: Imperant: Sax: 1154.~~

~~Handwritten scribbles and markings at the bottom of the page.~~





CONRADI WIMPINAE  
COMMENTARIUS



POETICVS

DE

ALBERTI ANIMOSI

SAXONVM DVCIS  
EXPEDITIONIBVS  
BELLICIS

---

LVCI PVBLICAE

EX

BIBLIOTHECA ANNAEBERGENSE  
RESTITVIT

CHRISTIANVS GOTTHOLD  
WILISCH

QVI

CONRADI WIMPINAE VITAM

PRAEMISIT ET SVBIVNXIT

I. M. MELLERSTADII POEMA

II. VARIORVM EPIGRAMMATA

III. VITI ORTELI ORATIONEM

OMNIA IN LAVDEM ALBERTI

---

ALTENBURGI

APVD IO. LYDOVICVM RICHTERVVM

M DCC XXV.

120

CONRADI WIMPIAE  
COMMENTARIUS

POPULICVS

ALBERTI AMMOSI

BARONVM DVCS

DE RE PUBLICA

RELLICIS

EX LIBRIS

EX

BIBLIOTHECA ANNAE REGINAE

RESTITVIT

CHRISTIANVS GOTTSCHE

WILSCH

1711

CONRADI WIMPIAE

FRAGMENT ET

DE RE PUBLICA

DE RE PUBLICA

DE RE PUBLICA

OMNIA IN UNO

ALBERTI AMMOSI

DE RE PUBLICA

..

\* \* \*

# PROLOGVS.

**A**nnus nunc secundus labitur, ex quo primum in WIMPINAM incidi, neque ab instituti mei ratione alienum erit repetere heic ea, quae tunc in prolusione quadam scholastica \* commentatus sum, et sic fluunt:

Cum praeterita aestate ex muneris mei ratione publicae Bibliothecae Scholasticae nostrae supellectilem librariam, numero quidem non adeo vastam et locupletem, neque tamen omni decore carentem, in ordines describere, situque et puluere liberare fatigerem; inter alia non vbiuis obuia scripta CONRADI WIMPINAE, quoque carmen inueniebam sequenti titulo exornatum:

*Illustrissimi famaque super aetherea  
noti Principis et Domini, Domini  
Alberti, Saxoniae Ducis etc. bellorum*

A 2

*illu-*

\* A. 1713. in Maio edit. in 4to et excerpt. leg. in Nov. Litterar. Lips. M. Sept. ei. anni.

*illustriumque actorum epitoma, id est, breuiusculo commentario, impress.*  
*Lyptzick A. C. 1497. 4.*

Ego quidem initio certissime mihi persuadebam, recensitum illud iam esse ab eiusmodi scriptoribus, qui historicos vel omnes, vel saltim prouinciales singulatim collectos enarrant. At vero spem hanc meam illusisse mihi deinde intelligebam, cum huius argumenti quosdam auctores, quot quidem mihi montium interuallis ab locupletioribus Bibliothecis haud instructo euoluere licuit, frustra de carminis huius dignitate in consilium adducerem, ex quo eiusdem *raritatem*occoepi coniectere. **PETRVS ALBINVS**, qui forte primus (1) Misnicorum Historicorum Catalogum pertexuit, de eo tacet; **GEORGIVS** quidem **FABRICIVS** iteratis vicibus in **ALBERTI ANIMOSI** vita, (2) Poëtae nostri *Elegiam* breuissimam qua ille Duci huic fortissimo

(1) In der Meißnischen Land-Chronica Tit. 23. p. 607. 608. ed. 4to.

(2) In annalibus urbis Misenaë Lib. 3. f. 74. et 75.



limo parentavit, allegat, neque tamen  
nostri carminis heroici ea multo proli-  
xioris (constat enim 1882 versibus he-  
roicis) mentionem facit. Idem de  
MICHAELE BOIEMO, Pirnensi,  
Scholae Torgauensis Rectore, dicen-  
dum est, quem, licet commentario  
(3) quodam ALBERTI vitam expo-  
suerit, WIMPINAE Poëma ne vnico  
quidem verbulo allegasse, non satis ad-  
mirari possum. Quid? quod ipse BO-  
IEMI enarrator, CONRADVS SA-  
MUEL SCHVRTZFLEISCHIVS,  
at quantus! in binis ad ALBERTI vi-  
tam a BOIEMO editam et a se in lu-  
cem denuo protractam, commenta-  
tionibus (4) nostri mentionem facit  
nullam: in suo tamen WITTE-  
KINDI M. historia (5) hisce ver-  
bis ipsius meminit. *De Alberto Ani-  
moso versu scripsit Wimpina.* Neque  
A 3 plura

(3) Primum edit. Lips. 1586. 4.

(4) Wittenberg 1698. 4.

(5) Quae reperitur inter eius disputationes hi-  
storicas ciuiles vno volumine coniunctas, num. 30.  
quam num. 29. BOIEMI scriptum modo citatum  
antecedit.

plura in Bibliothecarum historicarum auctoribus STRVVIO, (6) FRESNOYO, (7) MENCKENIO (8) reperiebam. Ego quidem nondum despondebam animum, cum in praestantissimis hisce librorum historicorum collectionibus hunc ALBERTINARVM laudum praeconem frustra quaesivissem, sperans, fore vt illi, qui domesticos nostros historicos singulari studio et dexteritate recensuere, eum commemorauerint. Inter quos supra laudatus, nunquam vero satis laudandus IO. BVRC. MENCKENIVS, (9) IO. CONRADVS KNAVTHIVS (10) pla-

(6) In Bibliotheca Historica cap. XXII.

(7) In Catalogo Historicorum Gallice primum edito n. 47.

(8) In eius ad FRESNOYI recensione in vernaculam ipsius cura conuersam augmentis.

(9) In Programmate academico 1721 anno edito, quo nouam scriptorum Misnicorum collectionem orbi litterato promisit, omniumque in eadem sistendorum recensione instituit Novis Litterariis a. 1721. in 8. v. 52. insertam.

(10) In Scripto Germanico: Bericht von denen vornehmsten Historicis des Meißner-Landes, Dresd. in 8.

plane de *Wimpina* tacent, et V. C. FRIDERICVS STRVNTZIVS, qui opera Poetarum imprimis latinorum ad illustrandam Historiam Saxon. collata (11) scripsit, Elegiam tantum supra citatam, tribus verbis allegavit. Tam pertinax igitur celeberrimorum hominum de WIMPINA silentium, parum aberat, quin omnem mihi eius Carminis eriperet existimationem, ut potius crederem, doctissimos illos viros tanti forte nostrum non fecisse, ut eius nomen ab obliuione vindicarent. Contra ea, quando mecum pensitabam, virum alias eruditissimum, ipsique ALBERTO *σὺγχρονον*, GEORGIO, Duci, carmina haec solenni ritu consecrasse, ea publicis recitationibus destinasse academicis, (12)

A 4

va-

(11) Witteberg. 1715. 4.

(12) Ita enim ipse sub fine Carminis ad GEORGIVM scribit: *Quod ab illustri gratia tua, ea velim lege ac gratia acceptari legendum, ut ubi per inexhaustam gratiae tuae ingenii Mineruam castiganti pollice emendatum ad nos redierit, id ipsum in florentissimo Lipsiensi studio ex pulpito in diuersas Alemanniae oras perferendum recenseatur.*

variasque et multiplices ibidem circumstantias, quorum nullus alias ferre meminit, adduxisse, mutabam sententiam. Huc accedebat, quod mea de WIMPINAE carminibus opinio GVIL. ERN. TENZELII, (13) et IOACH. FRID. FELLERI (14) aucto-

(13) In Ephemeridibus eius litterariis: Curieuse Bibliothec 1705. p. 526. In meinem, inquit, Sächsischen Medaillen-Cabinet erster Theil der Albertinischen Linie, gedencke ich einer Lebens-Beschreibung von Herzog Albrechten dem Großmüthigen und Stamm-Vater der ieszigen Chur-Linie, welche der damahlige Professor zu Leipzig CONRADVS WIMPINA, (so hernach Theologiae Professor zu Franckfurt an der Oder und des Ablass-Grämer Kegels Vorsechter wider Lutherum worden,) in Lateinischen Versen verfaßet, und ich neulich ohngefähr zu sehen bekommen, allerdings würdig, daß sie wieder von neuen aufgelegt werde, indem sie von einem coetaneo verfertigt.

(14) In historicis adnotationibus ad SIGISMVNDI BIRCKENII libellum germanice dictum: Sächß. Helden-Saal. p. 116. D. CONRAD WIMPINA oder von Wimpffen, ein Professor Theologiae Scholasticae zu Franckfurt an der Oder, (welcher Kegels Disputations Sätze gemacht,) soll seine Thaten in einem weitläufftigen Carmine beschrieben haben, welches werth wäre, den Liebhabern der Sächsischen Historie durch den Druck wieder in die Hände

zu

auctoritate confirmaretur, quorum  
vterque in historia patria versatissimus  
nouam rarissimi huius scripti editio-  
nem publica luce dignam censuit.  
Quam sententiam cum non tantum  
probarem, verum etiam arriperem se-  
quendam, instituti huius rationes ita  
ineundas esse existimaui, vt WIMPI-  
NAM cum BOIEMI et SCHVRTZ-  
FLEISCHII laboribus eiusdem argu-  
menti vbique conferrem, omniaque  
ea, quae vel accuratiora hi posteriores  
scriptores habent, vel compluribus ve-  
stita argumentis historicis adferunt, di-  
ligenter adnotarem. Postea vero quam

A 5

WIM-

zu kommen. Hisce nunc addendus est recentissi-  
mus Scriptor Historiae Saxonicae: Sächß. Merck-  
würdigkeiten in 4to 1724. p. 664. not. a. Dieses  
Herzogs Leben haben unter andern CONRADVS  
WIMPINA oder von Wimpffen, so zu seiner Zeit ge-  
lebet, und ein Professor Theologiae Scholasticae zu  
Frankfurt an der Oder gewesen, welcher des Ablass-  
Crämers Fehls Disputations-Sätze gemacht, in ge-  
bundener, und MICHAEL BOIEMVS (oder Böhme)  
in ungebundener Rede beschrieben. Und wäre WIM-  
PINAE weitläufftiges Carmen wohl werth, den Lieb-  
habern der Sächß. Historie durch den Druck wieder  
in die Hände zu kommen.

WIMPINAM semper, et BOIEMVM  
saepe temporum rationes praetermi-  
sisse animaduvertebam, id quoque nego-  
tii mihi dabam, vt ex IO. SEB. MVL-  
LERI Annalibus Saxonis annum,  
quo singula facta perhibentur, adice-  
rem, licet hic quam plurima, quae  
WIMPINA narrat, praeterierit.

Et haec erat tunc mihi sententia, hic  
animus. Postea vero quam nunc  
manum ipsi operi non admoueram  
tantum, verum etiam collationes has  
BOIEMI SCHVRZFLEISCHII et  
MULLERI cum WIMPINAE narra-  
tionibus ad vmbilicum fere perdux-  
eram, cognoscebam, Poetam in curri-  
culo historico versantem testimonii  
quidem rerum gestarum loco inseruire  
posse, minus vero commode seligi, vt  
prolixo commentario illustraretur.  
Accedebat, quod *Triumvirorum* ho-  
rum celeberrimorum scripta omnium  
manibus volui inuenirem. Quamob-  
rem mutata sententia redire nunc iu-  
beo WIMPINAM in lucem plane in-  
cultum

cultum et ab saeculi nostri ἰσογνωτᾶτι nitore longe remotum, neque vero illustrandis ALBERTINIS rebus penitus inutilem futurum. De WIMPINAE enim scripto eadem pronunciare possum, quae de carminibus, quibus veterum inter Germanos heroum laudes decantantur CTR. SPANGENBERGIVS dicit; fassus, multa in iis inueniri de antiquis Principibus, quae in Chronicis frustra quaerantur, quamuis, quae nostra aetate floret, germanorum Poëtarum elegantia omnino destituantur. Nostri enim carmina in composito pede currunt, violant saepiuscule et immane quantum carminis condendi leges, praeterea stylus impurus, sordidus, lutulentus, dum Latinis verba intermiscantur foris petita, graeca, gallica, germanica et alia. Verum haec seculi istius moribus condonanda sunt, quippe cum ille,

Si fore hoc nostrum fato dilatus in  
aeuum,

Detereret sibi multa: recideret omne  
quod vltra

Per-

Perfectum traheretur, et in versu faci-  
ciendo

Saepe caput scaberet, viuos et rode-  
ret vngues. (15)

Praeterea festinationis causam in sui patrocinium **CONRADVS** adducere posset, quippe qui carmina haec *trimestri temporis angustia luserat*, vt verbis eius vtar, *epitomenque*, loquor iterum cum eodem, tantum historicam conscripserat. Neque tamen fides et auctoritas historica ob rationes supra adductas deneganda ei est, et ferme dixerim, **BOIEMIVM** plurima sua ex Nostro hausisse, id quod ex vtriusque collatis inuicem scriptis haud difficulter elucescit. Tandem duo adhuc de carminibus hisce addo: vnum quod *Centuriatori Anonymo*, cuius in **WIMPI-NAE** vita mentio facta est saepenumero, et cum eo **G. M. KOENIGIO** in libros III. diuisa (id quod etiam de **BOIEMI** libelli prima editione obseruatur) dicantur, ita quidem, vt forte

L. I.

(15) Horat. L. I. sat. vlt.



L. I. priores v. 162; L. II. *Bellum Australe Stirium Lorchicum* à v. 163--571, et tandem L. III. *Bellum in Gallia inferiorique Germania* à v. 572--1881 completatur; alterum est, quod, quoniam locus impressi Carminis additus non legitur, obseruemus, *Lipsiae* haec carmina per *Wolfgangum Stoeckelium* siue *Stoecklinum*, qui quoque de more istius saeculi à patria *Wolfgangum Monacensem* se appellitavit, formis exscripta esse, id quod insignia eius typographica, duo videlicet mallei decussatim, litteris W. S. interiectis, positi, comprobant.

Ceterum primus quidem fuit WIMPINA, qui *Albertinas* virtutes litteris consignavit, neque vero solus. In iis enim laudandis ab eo tempore et iam diu haud pauci desudauerunt, inter quos GEORGII SPALATINI *vita ALBERTI Duc. Sax.* et Eiusdem de *ALBERTI Saxonis, Albertinae Familiae conditoris, liberis, opusculum in Bibliotheca*  
Go-

*Gothana*: (16) IO. RATHALTERI L. de meritis ALBERTI in Burgundiam (17) in *Menckeniana*: LUDOVICI GAVLENHOEFERI, Cygnei, post Consulis in Patria, *descriptio itineris ALBERTI in Terram Sanctam*, alibi (18) delitefcunt. Ex iis autem, qui in lucem progresfi (num enim IO. HENNINGIVS de Haynis Sermonem, quem teste P. ALBINO, in exequiis ALBERTI cum summo omnium auditorum applaufu dixerat, formis excscribi curauerit me latet) fingulari ftudio (quis enim vellet omnes *Saxoniae* et *Misniae* fcriptores generales recenfere) ALBERTI vitam et res gefas de-

(16) Conf. Summe venerabilis et magnifici Theologi, SAL. ERN. CYPRIANI Catalog. Biblioth. Goth. p. 77. n. II. et 193.

(17) Vid. illustris MENCKENII Biblioth. Catal. p. 590. IO. RATHALTERS, erst Herzog Albrechts, hernach Kayf. Maj. Rathf und Renthmeifters Verzeichniß, was vor Dienfte Herzog Albrecht zu Sachsen dem Hauße Burgund als Stadthalter General in Brabant gethan.

(18) Quam editurus fuit P. ALBINVS, conf. Ej. Chron. Misn. p. 454. et SCHMIDII Chron. Cygn. P. I. p. 403. 471. 518.

describere, praecipui sunt: CONRADVS noster WIMPINA, MICHAEL BOIEMVS, MICH. BARTHIVS, (19) IO. MERGENTHALIVS (20) post ALBERTI *Cancellarius*, VITVS ORTELIVS à patria *Winsheimius* dictus, ex cuius oratione (21) praecipua momenta, quae ad historiam spectant, Nostro subiunxi, et, qui primo loco à WIMPINA, si temporum rationes obserues, nominandus erat, MARTINVS POLLICHIVS MELLERSTADIIVS, cuius quoque carmen breuissimum heic addi curavi. Ego quidem satis diu subdubitaui, cuiusnam esset hoc Poema et cuiusnam in honorem conscri-

(19) Annaebergae L. II. p. 40. 47.

(20) Io. von Morgenthal Kenthmeisters Beschreibung der Reise Herzog Albrechts zu Sachsen ins gelobte Land. L. 1586. 4. Keimweise verfaßt von Io. Steuerlein, Stadt-Schultheißen zu Meiningen. Jen. 1611. MS Ctum originale etiam habetur in Bibliotheca Gothana.

(21) Integra leg. in Script. Witteb. publ. prof. Tom. VI. ex cuius lectione lucide patet, Commentarium hunc *Wimpinianaem Vito Ortelio* non tantum cognitum, verum etiam lectum fuisse vsurpatumque.

scriptum? Postea vero quam WIMPINA in controuersia cum MELLERSTADIO prouocauit ad hoc ipsum carmen et eius *vitia grammatica* allegauit, atque *Centuriator Anonymus* eidem illud vindicauit, (22) omnem dubitationem missam feci, suspicatus tamen, carmen hoc MELLERSTADINVM non tam in laudem ALBERTI sed potius in auctoris, qui medici officium Duci praestiterat, defensionem contra male ipsi ~~c~~ipientium inuidiam esse confectum.


Plura non habeo, quae adderem.  
Vale. Scr. Annaebergae in Misnia  
Mense Nov. A. R. O. M DCC XXIV.

(22) N. XXXI. et quia Auctor ille vitam hanc MELLERSTADII a. 1498. se contexuisse scribit, inde aetas huius Carminis est coniicienda,

VITA

V I T A  
CONRADI WIMPINAE  
THEOLOGI PHILOSOPHI  
ET  
PHILOLOGI  
CONSCRIPTA  
A  
CHRISTIANO GOTTHOLD WILISCH.

35  
VITAE  
CONRADI WIMPENAE  
THEOLOGICI PHILOSOPHI  
ET  
PHILOGI  
CONSULTA  
A  
CHRISTIANO GOTTFRIED WITTE



I.

**C**ONRADVS WIMPINA, saeculi sui, quod puriori alias CHRISTI doctrinae MARTINI in primis LVTHERI opera restaurandae auspiciousissimum erat, inter Theologos, Philosophos et Philologos decus quoddam erat praecipuum.

Pauci profecto operae studiique nonnihil ad *Wimpinae* vitam exponendam contulerunt, et miror profecto, quod inter tot clarissimos homines, quorum ingenia, GEORG. SPALATINVS, IO. TEZELIVS, IO. FR. POGGIUS, RVD. AGRICOLA, IO. CAPNIO, ERASM. ROTTEROD. BOHVSLAVS HASSENSTEINIVS, VLRICHVS HVTTENVS, MART. LVTHERVS, PHIL. MELANCHTHON, IO. MATTHESIVS, IO. LANGERVS, IOIACH. CAMERARIVS, IO. RIVIVS, GEORG. FABRICIVS, EOB. HESSVS, ADAM. SIBERVS, MARTINVS BVGERVS, VLR. ZWINGLIIVS, IO. CALVINVS, sexcentaque alia istius in primis temporis lumina exercuerunt, nullum adhuc extitisse, qui singulari studio *Wimpinae*, cuius in historia *Reformationis Evangelicae* toties mentio fit, vitam consignauerit. Primus, quantum ego noui, hoc praestitit *Anonymus eius temporis in Centuria Scriptorum insignium*, qui in celeberrimis praesertim *Lipsiensi, Wittebergensi et Francfordiana ad Oderam Acade-*

*miis a fundatione ipsarum usque ad A. C. 1515. floruerunt  
 in lucem deinde edita a Ioiachimo Io. Madero, Helmst. 1660.  
 4. qui vitam Nostri hifce concludit: Claret adhuc in prae-  
 dicto Francophordensi Gymnasio varia conscribens, sub Imp.  
 Rom. Maximiliano et Leone P. P. X. 1514. De quo Cen-  
 turiatore digna est, vt heic legatur, VAL. H. VOGLERI  
 in *Introduct. Vniuers. in Notit. Cuiusc. Generis Bonorum  
 Scriptor. Helmst. 1670. 4to. p. 94.* Coniectura verisimillima.  
 Omnino autem persuadeor, collectorem eius vel non fuisse  
 unum, vel certe diuersis temporibus Catalogum conscripsisse,  
 nec illa, quae semel annotauerat, relegisse, aut quae post con-  
 tingerunt, addidisse. Manifesto id elucet in Martino Mel-  
 lerstadio, qui omnino est Martinus Pollichius, Mellersta-  
 dius, primus Academiae Wittenbergensis Rector, quique  
 diem obiit anno superioris seculi decimo tertio. Cuius cen-  
 turiator ita meminit, quod claruerit adhuc, dum illa scribe-  
 ret, anno quinti decimi seculi duodecentesimo, (1498.)  
 quum tamen de multis aliis scribat, eos adhuc claruisse anno  
 superioris saeculi decimo quarto, (1514.) quando Mellersta-  
 dius iam in viuis esse desierat. Ideoque de reliquis eius re-  
 bus et laudibus post annum nonagesimum octauum nihil  
 quicquam annotauit Centuriator. Ex quo Anonymo li-  
 cet, non vbiuis aut recte intellecto aut bene in gallicam  
 conuerso sermonem P. BAYLIUS in *Diction. Hist. et Crit.  
 sua* hausit, et ex huius riuulis aream suam irrigarunt,  
*Lexici Vniuersalis*, quod IO. FR. BVDDEI V. C. nomi-  
 ne superbit, atque *Lexici Eruditorum*, vtriusque patria  
 lingua conscripti, *Collectores*. Paucissima quoque quae-  
 dam de Wimpina in G. MATTH. KOENIGII *Bibliotheca*  
 et OLEARII *Abaco Patrologico*, plura in IO. CHRIST.  
 BECMANNI *Notitia Acad. Francofurt. atque in Eiusd. Ca-  
 talogo Biblioth. Francofurt.* necnon in IO. TEZELII *Vita*,  
 a plur. venerando atque diligentissimo harum rerum scru-  
 tatore, IO. IAC. VOGELIO conscripta, legi possunt,  
 quorum quoque vltimus spem nobis fecit *Lipsiae Lsteratae*  
 atque *Biographiae Conradi Rochii alias Wimpinae*  
 endae,*

II. Quod.



II.

Quodsi in nominis Eius, quo libri WIMPI-  
 NAE inscripti leguntur, rationem inquirere  
 volupe esset, non vno eodemque illud inuenire-  
 tur scriptum modo, dum modo 1) *Conradum*  
*Wimpinensem*, 2) *Conradum ex Fagis dictum Wim-*  
*pinam*, 3) *Conradum Coci Wimpinensem*, plerum-  
 que autem *Conradum Wimpinam* se appellitavit,  
 et ab aliis quoque ita dictus est. Quae tamen  
 nominis mutatio facile ex iis, quae dicenda sta-  
 tim sunt, explicari potest. CONRADVS enim  
 in initi cum Deo foederis gratiae memoriam di-  
 ctus gentilitium COQVI nomen in latinum  
 conuertit, imo saepissime omisit plane, reli-  
 quas duas appellationes ab oppidis, BVCHO-  
 NIA s. BVCHOVIA atque WIMPINA, ad-  
 sciuit, in omnibus his saeculi sui mores, 4) imi-  
 tatus.

1) Ita scribitur in fine Errologii Lips. 1594.

2) In Oratione Ei. Inuocatoria 1497. et in Farrage  
 Miscell. nec non in Dedic. Carm. Albertini.

3) Extant varia eius opuscula insignita ita, in primis  
 Sermo MSCtus in Missa Vniuersitatis Lipzice circa Anga-  
 riam Crucis a. 1596. latens in Bibliotheca Acad. Franco-  
 furt.

4) Conf. CHRIST. WEBELII, *Pastor. Goersleb. in*  
*Thuringia* ὀνοματομόρφωσις *Virorum eruditorum Francken-*  
*haus. 1720. 8uo.* nec non Io. Frid. Krebsii item D. Frid.  
 Geisleri *Dispp. de Nominum mutatione. Catalogum eo-*  
*rum, qui a patria dicti sunt, vide in Schlegelii Vita G. Spala-*  
*tini p. 2. 3.*

III.

Quibus vero parentibus CONRADVS vsus fuerit, et quo saeculi p. C. N. decimi quinti anno vita hac et communi spiritu frui coeperit, post tam diuturna tanti temporis silentia inuenire non potui, licet ex temporum vitae ipsius rationibus pateat, illum circa annum saeculi istius sexagesimum lucem hanc primum adspexisse. Illud quoque ex Fastis amplissimi Sapientum in inclita *Philyrea* Ordinis constat, quod Parentem *N. Koch, Wimpinam, cerdonem* nactus fuerit. Vnde quoque elucescit, quod *Wimpinae* cognomen ab hoc Parentis, qui eo loco vel natus vel aliquamdiu ibidem vixit, ad se fratremque suum natu minorem, *Fridericum* 1) propagauerit. Neque enim dubium est vllum, quin ipsius *Conradi* testimonium omni fide dignum sit, quo se *Franconicae natum sub tegmine fagi* 2) id est *Buchoniae* ipsemet confitetur. Vterque hic locus *BVCHONIA* 3) et *WIMPINA* 4) splendorem suum *Conradi* dignitate et amplitudine meritorum haud parum postea auctum vidit.

1) Ad A. 1480. *Fridericus Cerdonis de Wimpina Baccalaureus creatus: atque in fastis Rectoralibus ad a. 1478. Fridericus Coci de Büchen alias de Wimpina, legitur.*

2) Carm. Albertini, v. 23.

3) *BVCHOVIA, s. BVCHONIA, german. Buchheim, oppidum Odenwaldense Dioecesis Herbipolensis, ob eximiam suam amplitudinem et ingentem ciuium numerum personato Melissanti in Geograph. Nou. p. 836. 7. laudatum. M. Wolffg. Ad. Iungcurtius, Werthae Buchonius: Encomium Buchoniae breue et succinctum in celeberrima*

*Academia Hasso-Giessena d. II. Nov. 1663. publice dixit, impress. Giessae 1664. 4to.*

4) *Wimpina* vulgo *Wimpffen*, oppidum Imperii ad *Necrum*, quasi *Weibespein*, a mulierum poena, quam ab Hunnis perpeffae erant, nomen inuenit, cuius rei memoria in *Curia Wimpinensi* hodieque extat. Verba sunt *Io. Iac. Hoffmanni* in *Lexico Vniuers.* sub hac voce. Centuriator modo allegatus n. 80. de *Publio Vigilantio* refert, quod cum ad *Italiam* tenderet, inde ad nos *graecanicas* translaturus *litteras* fato admodum acerbo et miserando intra urbem *Wimpinam* et arcem *Rauenspurgum* a *vespilionibus* telo transiectus et necatus occubuerit a. sal. nostrae 1512. m. Iul. Antiquitas huius loci vel exinde patet, quod *Richardus de Treueri* Episc. *Wormat.* an. 1256. recollegerit *Wympinam* ab Episcopatu diu distractam, vide *Chron. Wormat.* in *Ludevvig. Reliq. MSCt. P. II. p. 130.* Conferantur quoque ad loci huius historiam illustrandam *diplomata* de a. 1223. sqq. in *LVNIGII V. C. Archiui S. R. I. Indice f. 869-871.*

#### IV.

Quemadmodum autem *WIMPINAE* tam felici esse contingebat, vt aetas eius in litterarum renascentium et artis typographicae veluti pueritiam incideret; ita adolescentia eius ab iis artibus, quibus aetas iuuenilis ad humanitatem informari solet, instructa ingenii doctrinaeque gloria mature admodum efflorescebat. *LIPSIAM* igitur, *Misniae*, imo totius *Germaniae* lucem, ac benignissimam *Mentis*, *Sapientiae*, ac *Elegantiarum* omnium *Litterarumque* sedem, an. 1479. *D. Io. Hesoldo* siue *Heroldo* ad rei litterariae clauum sedente, accessit, sectatusque adfidue est praeter philosophos, *M. Nicol. Thymium*, *M. Nic. Schreiterum*, *M. Paul. Wathium*, *M. Sim. Pistorium*, *M. Henr. Thymium*, *M. Io. Ly-*  
B 4
rictium,

*victium, aliosque; theologos quoque id temporis celeberrimos, D. Io. Henningium, D. Io. Brandtium D. Io. Schuvarzium de Bamberg, D. Mart. Fuhrmannum, D. Matth. Dammeranium, ex quorum institutione et doctrina tantum profecit, vt biennio post a. 1481. Praemiorum litterariorum designatore Io. Cappentanzio de Spira primos et A. 1486. supremos Mart. Fuhrmanno Cancellarii vices sustinente, in philosophia honores capesseret.*

V.

Patebat nunc WIMPINAE arena satis spatiosa, in qua vires ingenii sui explicare aliosque instituendo ipse doctior discedere poterat. Scholas itaque philologicas atque philosophicas aperiebat magno auditorum confluxu neque minore eorundem fructu et emolumento. In humanitate potissimum historiam atque *eloquentiam prosam et pedestrem profitebatur: In philosophia Logicam* inprimis explicabat publice an. 1495, suosque in *disputando* strenue exercebat. Qua sua diligentia efficiebat, vt Ordo Philosophorum dignum iudicaret eum, quem Collegam adscisceret, id quod a. 1491. in *Vigilia D. Bartholomaei* factum esse, Annales eorum testantur. Ex quo tempore omnibus et singulis huius Ordinis officiis, quae *Ambulatoria* dici solent, omni fide et diligentia saepius vnis vicibus defunctus fuit, videlicet

*Examinatoris a. 1496. 97. 98. 99.*

*Clauigeri a. 1496.*

*Exe.*

*Executoris* bis 1495.

*Taxatoris Lectionum* 1491. 95. 99.

*Decani* 1494.

*Procancellarii* 1499. 1502. 1503.

Praeterea 86, quantum quidem constat, renunciavit Baccalaureos et 13. Magistros, in quibus germanus eius, *Fridericus*, an. 1495. fuit. A. 1492. a Saxonum Duce, GEORGIO, egregio illo beneficio, quo *Collegii Maioris Principum Collegiati* in Academia Lipliensi frui solent, mactatum se fuisse ipse in *Carminis huius nostri dedicatione* commemorat, cui quoque *Collegio* an. 1493. et 1504. *Praepositus* omnem in rebus eius regundis administrandisque integritatem, fidem, prudentiam, exercuit atque diligentiam. Quibus etiam virtutibus in dignissimo *Rectoris* Academiae munere obeundo an. 1494. per aestivum semestre usus est.

## VI.

Ex philosophorum autem castris transiit deinde *Conradus* ad theologos, qui iam a. 1491. res theologicas, post 1494. *Sententias P. Lombardi* legendo et disputando tractandi publice copiam ipsi fecerant. Ut liberrime itaque et nullo interdiciente sacras litteras docere posset, finitis lectionibus, quae *Cursoriae* dicuntur; an. 1492. *primam in theologia lauream*, an. 1502. vero *D. Io. de Haynis Cancellarii* Vices administrante licentiam *summos in theologia honores* consequendi, et hoc tandem 1503. obtinuit, quippe qui in *Vigilia Epiphaniae* dicti modo anni *promotus est in*

B 5

docto-

*doctorem theologiae per reu. in Christo Patrem et Dominum, Dom. reuerendum sacrosanctae Sedis Apostolicae Cardinalem Gurzensem, de Latere Legatum, in Ecclesia S. Pauli, doctoribus theolog. Facult. et nomine eiusdem Facultatis tunc praesentibus, consentientibus et praesentantibus, praesentibus Tilone Episcopo Merseburgensi, Vniuersitatis Cancellario, Ioanne, Episcopo Metensi, Hartmanno Burggrauio in Kirchberg, et aliis viris egregiis, quos magno numero in oratione infra citanda recensuit 1) Neque vero ornata tantum Purpuratum Ecclesiae Romanae illum oratione atque verbis elegantissimis, sed etiam *noua domo in Coenobio Paullino a famulis RAYMVNDI 2) incensa et concremata, tecto pro fortunarum suarum ratione et epulis excepit, eidemque X. florenorum dono se commendauit, uti Liber nouus Conclusorum Fac. Phil. loquitur. A. 1505. d. 5. Ian. a Facultate theologica, uti verba in eiusdem Actis sonant, ut Magister Regens s. Assessor Facultatis receptus est.**

„ 1) Orationis titulus hic est: In commendationem  
 „ sacrae theologiae habita in aula sua doctorali coram  
 „ reuerendissimo in Christo patre et domino, domino  
 „ RAYMVNDO Cardinali Gurzensi etc. in praesentia  
 „ totius Vniuersitatis, doctorum, magistrorum, praelato-  
 „ rumque aliorum urbis et florentissimi studii Lipsensis:  
 „ in ecclesia sancti Pauli diui ordinis Praedicatorum anno  
 „ a natali dominico 1503. in profesto Epiphaniae Liptze  
 „ per Iacobum Thanner impressa, „ de qua HERMAN-  
 „ NVS BVSCHIVS Epigramm. L. III. c. II. ita canit:

„ In Conradi Wympinae sacre theologie do-  
 „ ctoris eximii orationem coram reuerendissi-  
 „ mo Cardinale RAYMVNDO sedis apostolice  
 „ legato habitam: „

*Anse*

*Ante ego Conradum Wimpinam sola putabam*

*Sunt quae in Socraticis, perdidicisse libris,*

*Et tantum rigidos Sophie excussisse latebras*

*Et semper scriptis inuigilasse sacris.*

*Cogit opinari secus haec oratio me nunc,*

*Est coram summo quae recitata Viro.*

*Vt video, surgit non uno in prelia telo.*

*Vna nec tantum concutit arma manu.*

*Hinc ratione valet, cum res vocat inde superbo*

*Eloquio: attonitos reddit et ore viros.*

2) Fabric. Annal. Misn. ad A. M D III. p. 76.

## VII.

Neque vero in indignum eiusmodi honores Academici collati fuerant, in eum potius, qui studiosae iuuentuti et Academiae demerendae se natum sentiebat, iisdemque se totum consecrabat. Locus, ubi docebat *Wimpina*, auditoribus nunquam erat vacuus, sed insigni eorum multitudine et frequentia fere obsessus semper, id quod autem *Conrado* haud parum excitabat inuidiae. Accedebat fama atque nominis eius celebritas, qua litterarum studiosi variis ex locis euocati Lipsiam *Wimpinae* audiendi gratia confluebant. Haec et alia eiusmodi domesticorum et aliorum *Conrado* male cupientium animos in eum exacerbauerant. Qui cum nominis Eius splendorem obscurare frustra allaborarent, atque contortis et aculeatis suis cauillationibus atque captionibus, quas σοφισματα graeci dixerent, in eum conatu irrito inuaderent; id agebant, ut variorum criminum reum scriptis veneni et pestilentiae plenissimis profin-

scinderent, imo tandem in ius coram *Archi-Episcopo Magdeburgensi*, qui *Germaniae Primas* tunc erat, vocarent I)

„ I) *Anonymus* supra excitatus de hisce post alia ita :  
 „ qui cum aliquot supra viginti annos vniuersas bonas ar-  
 „ tes, philosophiam et theologiam, poeticamque publico  
 „ priuatoque stipendio in Lipzensi Gymnasio, vbi maioris  
 „ Collegii Collegatus erat, interpretatus esset, et fre-  
 „ quenti semper auditorio legisset, ac per hoc multos sui  
 „ in optimam partem memores bene merendo pellexisset,  
 „ saepeque et multum cum diuersis congressus aemulis, ar-  
 „ gutias eorum calumniasque et scriptis et dictis et sub *Ar-*  
 „ *chi-Episcopi Magdeburgensis* et *Primatis Germaniae*  
 „  *censura pro tribunali egregie represisset, et hinc etiam*  
 „  *Cardinalis Legati Apostolici motu proprio, ob eius fa-*  
 „  *mam et eloquentiam, quam excipiendo eum ostenta-*  
 „  *visset, in publico d. Paulli templo, assistente et impellen-*  
 „  *te tota Lipzensi Academia et etiam theologica facultate*  
 „  *praesentante ex Licentiato Magister theologiae prodiis-*  
 „  *set etc.* Eadem narrat et procul dubio *Anonymi* huius  
 verbis et fide nixus est P. BAYLIUS, scribens: Il s'atti-  
 roit un grand nombre d'auditeurs, et en meme tems beau-  
 coup d'envieux. Ceux-ci tachérent en vain d'obscurcir  
 sa gloire et n'ayant pu y reussir par les subtilites sophisti-  
 ques, qu'ils lui proposèrent, et aux quelles il repondit ha-  
 bilement, ils recoururent aux medifances et aux libelles.  
 Il falut, qu'il se presentât au Tribunal de l'Archeuêque de  
 Magdebourg, Primat d'Allemagne, et il y triomphât de ses  
 ennemis. Eadem leguntur in *Lexico Vniuersali*. Cete-  
 rum parum abest, quin crederem, *Anonymum* illum, pri-  
 mum huius narrationis auctorem, digitum intendere ad  
 controuersias *Wimpinam* inter et *Mellerstadium* agitados,  
 licet hunc non nominet. Supra namque iam obseruau-  
 mus cum *Voglero*, Centuriatorem hunc saepissime sui-  
 met ipsius veluti immemorem in enarrandis rebus veluti  
 haesitare interdum aut fluctuare.



VIII.

Quemadmodum vero de his parum certi commemorare licet, ita contra ea duae potissimum controuersiae copiosius iam sunt exponendae, quarum altera cum MARTINO MELLERSTADIO, altera cum IO. SYLVIO, EGGRANO, Wimpinae intercescit. LVTHERO quidem in epistola quadam ad SPALATINVM suum 1) *nobilis quaedam mulier in Christo MAGDALENA von HEYLNIZEN in Marchia VICTRIX WIMPINAE ET OMNIUM SOPHISTARVM* laudatur; at uero Oedipo, non mihi Dauo haec scripta esse libere profiteor.

1) Integra legitur in *Historia Vitae Georg. Spalatini* edita a *Christiano Schlegelio* n. XX. p. 214.

IX.

MARTINVS POLLICHIVS a patria MELLERSTADIVS vulgo dictus, vir in omni eruditionis genere versatissimus, *Conrado* nostro aetate 1) anteibat, qui uero illi doctrina, meritis et dignitate haud dispar erat, quippe quorum vterque duarum Academiarum recens conditarum, Vitebergensis et Francofurtanae praecipuus auctor, rector, primus et princeps doctor factus fuit: simul cum eo Lipsiae uiuebat, publicus artis in primis salutaris doctor. Qui cum theologiae aequae ac iuris diuini humanique praeter Medicinam adeo gnarus esset, ut *trium Superiorum Facultatum*, quae dicuntur, doctor renunciatus postea theologiam quoque doce-

doceret; fiebat, vt hi Duo Viri de doctrinae palma contendere fibique inuicem inuidere inciperent, et parum abest, quin conicerem, *Pollichio* forsitan in beneficiis quibusdam Academicis obtinendis antepositum esse aut numero auditorum anteuuisse *Wimpinam*, atque hunc ideo, vti plerumque fieri solet, illi fuisse exosum. Quae quidem *POLLICHII* in *Wimpinam* inuidia immane quantum augebatur, cum consilia de inferendis *Wittebergam* studiorum honoribus primitiisque communicare cum *Wimpina* iuberetur. Cuius coniecturae verisimilis causa adferri potest, quod *Mellerstadius* vere senex in arenam descenderit et circa annum 1504. controuersiam hanc agitare fuerit 2) exorsus. Licet enim *Pollichius* videri cuperet, agere elegantiorum litterarum causam contra nimium spinosae istorum temporum philosophiae dignitatem: praemature tamen iniquum in *Wimpinam* animum prodebat Vir alias doctissimus, et acerbissime in eum eiusque scripta inuehebatur. Scilicet anno circiter 1504. libellum *Laconismorum nomine* 3) inscriptum *Pollichius* edebat, in quo studia, quae ab humanitate nomen suum indepta sunt, et quae istius saeculi more *Poeticam* appellitabat dilaudare instituerat atque ostendere, quod illa amplissimum imo philosophia maiorem in theologia fructum adferrent. Nimio autem harum litterarum amore adductus earundem dignitatem vltra modum extulerat, variosque alios in errores inciderat, vti plerumque

rumque illis accidere necesse est, qui postquam  
 semel a veritate aberrarunt, in vnum post alte-  
 rum viae errorem dilabuntur. Accipe sum-  
 mam errorem Mellerstadii: *S. Theologiae ca-  
 put, fundamentum, origo, fons, scaturigo, est ars  
 Poetica humanitus inuenta: S. Theologia non recte  
 dicitur aliarum artium domina imperiosa. Deus  
 est mentitus, dum dixit, poenitet me fecisse homi-  
 nem: David est mentitus; dum dixit: Domine  
 ne in furore tuo arguas me: figuras propheticas  
 omnes posse dici mentitas: innumera esse in theolo-  
 gia, quae interrogare insani est: principia theologiae  
 (ergo etiam articulos fidei concludit Wimpina)  
 certificari, firmari, stabiliri Poetica; scientiam s.  
 theologiae minus esse ordinariam quam Poeticam:  
 aliud esse fundamentum scriptae, aliud non scriptae  
 theologiae: aliam vtriusque originem, aliud caput,  
 alium finem esse quaerendum. Quae ad imperitum  
 vulgus praedicatur theologia, tenebras esse: Spiri-  
 tum S. prophetis inspirauisse seruata forma Carmi-  
 nis Lyrici vel heroici. Contra hosce igitur La-  
 conismos in lucem prodire iubebat Conradus  
 Noster *Apologeticum theologiae*, in quo excitatos  
 modo et similes complures errores confutabat.  
 Neque vero Mellerstadius sententia sua cede-  
 bat, quin potius Wimpinae 4) responderet scrip-  
 tis, verbis iterum vsus atrocissimis, Conradum  
 nostrum *nebulonem omnium postremissimum, nebu-  
 lonem vaniloquum* increpando, aliisque conuitiis  
 et criminosis verbis proscindendo. Imprimis  
 autem praesentem hunc de rebus *Alberti Ani-  
 mose**

*mosi* Commentarium vehementissime feuerissimeque perstringebat *Pollichius*, multorumque in eo contra *Geographiam*, *Historiam*, atque *Carminum condendorum* leges commissorum *Wimpinam* infimulat errorum. Quorum quidem culpam ut ab se *Noster* auerteret, *Responsionem* et *Apologiam* contra *Laconismum* cuiusdam *Medici pro defensione sacre theologie et veritatis fidei* 5) edebat haud mollioribus, verbis hostem suum depexum dare conatus. Praeter numerosam enim errorum, quos in theologia et omnibus aliis eruditionis partibus *Mellerstadius* commisisse *Nostro* censetur, multitudinem in libri fronte conspiciendam, et quorum deinde singulos figillatim confodit, ea praecipue huc spectant, quae ad defendendam nostri libelli dignitatem attulit **CONRADVS** digna ut integra hic legantur.

Wimpina in responsione et Apologia contra  
*Mellerstadium* et eius *Laconysmum* F. 4. a.

*Carmina, inquit, insuper nostra, que de Alberti Saxonici bellis tria millia* 6) *lufimus* carpit (*Mellerstadius*) quod nec debita quantitate, nec quoque modo recte constant.

*O Ardelionem et impuratisimum locutuleium. A te ne ipso habes, an alii id tibi de meis dixerunt? Certum est enim, nisi inter gallinarias excubias priorinocte carminis censuram didiceris, nihil nosse te*  
*unquam*

vnquam, quod ad id studii genus attineat. Alio-  
rumque semper pro tuo vsu ingenio, alienisque su-  
perbiisse plumis quocienscunque modice quiddam ni-  
xus fuisti in carmine parare ostentationis. Te-  
stantur hoc illa ipsa carmina in quibus praeter fal-  
sissimas quantitates pleraque septem pedibus ince-  
dunt, multa vno manca ac colobuntica repunt. Num-  
quid enim (vt exemplariter afferam, quosdam ex  
poemate 7) tuo Electorii principis) hii versus septem  
habent pedes. Non illi torpore graui claudebat lu-  
mina somnus. Et item; Alluit asirias adiit, posi-  
tas in collibus vrbes. An vel illi temulenti valent  
versiculi:

Non alee non ludus opus, non ocia vana

Iuste laudauit consilia recte probando

Vixit enim genio sospes et hercule dextro.

Mitto alios vbiq̄ue deprauatos, et in Epigrammate  
modico, declinare nequiras, nisi sic peccares in ver-  
sibus. Sic alibi

Non queso nostris permoueare nugis

Forcius aut illi cedere musa cogit.

Quo enim idoneo teste et famigerato audisti, et co-  
git, et nugis primam sillabam breuiari. Nescis quia  
turpe sit doctori: turpius vero carptori cum culpa  
redarguat ipsum. Si in centum carminibus, que ad  
summum lusisti, tot vicia admiseris: quid mihi ex-  
probras: si in aliquot super tribus milibus (et qui-  
dem trimestri temporis angustia lusus) quandoque  
dormitauerim. Quod tamen nondum ostendisti.  
Liquet ergo in carminum arte: loripedem te esse qui  
rectum rideas, et cecum de coloribus indicantem.

C

Acces-

Accersit iudices ac censores meorum carminum : quibus probare nititur , vitiis scaterere nihilque recti habere : quod ad id genus studii pertineat.

Accersit inquam Magnificum et generosum Dominum Bobuslaum, Dominum de Hassenstein. 8) Qui apprime mihi iudicis loco placet. Nam quasi Deus sic huius vani auctoris insectari videretur iniurias, sibi ipsimet iudicem delegit : qui contra eum sententiam ferret. Qua luce clarius cunctis patebit, quia de meis carminibus false scripsit : mentiteque enunciauit, ex meraque ignorantia censor iniquissimus fuit. Habet enim hic noſter auctor, ad se magnifici istius domini Bobuslai de Hassenstein, scriptam epistolam, cuius initium est : Quod tandem pertesus curiam, ad vitam privatam rediisti probo in qua contra suam censuram, et pro meis carminibus offendet, clarissimi huius Domini Bobuslai, sententiam et quidem in haec verba : Accedit his alia commoditas, quod in academia Lipsensi inter homines tui ordines degis, et quocumque vertis oculos presto tibi sunt Platones, Aristoteles, Augustini, Hieronimi, Thomae Scoti, Hipocrates et Galieni, ut litargum (si quo infectus es) facile eorum colloquio depellere possis : Mansuetiora quidem studia quod religioni christiane inimica putarentur parum sat hactenus viguerunt. Nescio tamen quod Conrado Wimpine cultius, limatius, elegantiusque sit, et nisi barbara gentium locorumque nomina, nonnullam carmini sui duritiem afferrent, nulli recentiorum in hoc scribendi genere cederet. En habes verbotenus, aduersus lividum iudicium tuum, vltro delecti iudicis tui sententiam,

sententiam,

rentiam, quo circa, ad palinodiam obligatus: age boni viri officium obeas: recinas et retractes. Ego enim non manantem rei historiam sed epitoma scripsi: euidentis alius argumentum: quod miro modo poterunt doctiores, ubi collibuerit dilatare.

*Quod Topographiam non obseruauerim in carminibus carpit.*

Me Topographiam, non recte persecutum, miser ille, haud alio quam e mentito comprobato testimonio: utpote quod cimbro flamingos appellauerim. Sed nescit ex apertissima id sua prodire ignorantia, qua montana ineptae pueruli grammatiste aberrauissent. Cum expresse Tortellius dicat Cimbro germaniae populos esse, qui lingua Gallica (teste Festo) latrones dicuntur hodie Flamingos appellant. Sic Fridiandus Lucensis. Sic doctissimus Iuo penes nos olim interpretatus est. Cum et Tacitus Cornelius dicat Eundem germanie sinum, oceano proximos, tenere cimbro. Quod et Diodoro haud quaquam dissonat. Quo se intelligat gloriose praecipitatum dum corripit, quod nunquam didicit.

Illud ex hoc Wimpinae scripto Saxoniae ducibus consecrato adnotari adhuc meretur, quod Mellerstadium plagii saepiuscule ibidem accusatum 9) in publicum certamen Academicum secum ineundum prouocet, id quod ut efficeret Noster atque ad illud decertandum aduersarium suum permoueret, se Friderici Septem Viri et Georgii Ducis Saxonum atque eorum, qui Principum horum a consiliis tunc erant, auctoritatem interposuisse ait, sed irrita omnia co-

natu. Quare de nouo litem hanc Academiae cuiusquam iudicio decidendam subiicit, et, nisi haec successerint, ad summum Ecclesiae Romanae Praesidem prouocat, atque ab ipso *Sententiam Fulminatam* expectat. 10) Tandem rediit in campum Mellerstadius scripto quodam 11) in quo in praecipuis controuersiae argumentis *Conrado* cesit, suasque opiniones clarius explicuit, de nimia in primis Aristotelis in Scholis atque Academiis auctoritate conquestus. Ceterum qua ratione controuersia haec litteraria, cum magna quidem animorum utriusque partis exacerbatione et contentione agitata, tandem et quo victore diremta fuerit, non liquet, nisi quod suspicarer morte, quae soluit et decidit omnia, *Martini Pollichii* id factum fuisse.

1) Ita enim *Wimpina* in *Responsione et Apologia* mox citanda: Plane viro ac praeceptori aliquot annos supra viginti me natu maiori pepercissem etc.

2) Alia adhuc caussa odii *Pollichii* in *Wimpinam* mihi ex *Wimpinae* modo allegato scripto subnascitur: Agitabatur videlicet inter duos Medicos, *Simonem Pistorium* et *Martinum Pollichium* controuersia nescio quae et qualis? et hic suspicabatur, illi arma ad conflictum hunc litterarium a *Conrado* subministrari. Ita enim *Noster* in praefat. *Resp. & Apol.* — — Quod *Laconismi* ille acutor fouendum, amplificandumque suscepit. Et id quidem specie tuende *Poetices*: quam nemo carpsit, ac illius aduersus se edite nuper *Pistoriane* taxationis subsidiarios persequendi, cui me adiumento fuisse suspicatur et damnat. Sed reuera potius id ipsum machinari in me vulgo predicatur, ut hinc nacta oportunitate congressus medicos suis forsan viribus superiores declinet, ac ad leuioris pugne palestram dogmatisticas utpote gerras ac theologicas



logicas concertationes (vbi plus etatis absumsit errati-  
que minus pudet) descendat. Suum in me discipulo,  
experrecturus genium, si fors illic felicioribus celtibus,  
totiens in doctore sibi aduersanti neglectam ancipiti lan-  
ce adsequi possit victoriam. Et in hoc scripto ad verba,  
Mellerstadii: „ age mutuo opera Pistoriana: respondet  
Conradus: „ Ego nullius operas vt replicarem mutuatus,  
Deo auspice: ac diuo Hieronymo: et nunc et tandem,  
hac necessitate adactus: pro viribus meis replicabo.  
Quod vero de Pistoria iterum ope nectis caussam (quam,  
nemo ignorat) explicas: cur in me deseueris: que si,  
modestius egisses, minus peccatum haberes „

Illud tamen, Mellerstadio cum Simone Pistorio circa  
morbum gallicum intercessisse controuersiae quid, mihi  
constat ex scripto admodum exiguo sine consule et die edi-  
to: *Opus Iohannis Meinardi Ferrariensis phisici mirandulani  
ad Martinum Mellerstadt ducalem phisicum de erroribus  
Symonis Pistoris de Lypezk circa morbum gallicum.*

3) Primus, nisi me omnia fallunt, huius controuersiae  
narrationem contexit summe reuerendus et celebratissi-  
mus Vir, VALENTINVS ERNESTVS LOESCHERVS  
in Act. Reform. Eu. T. I. p. 86. seqq. Vnde etiam sum-  
mam hanc errorum Mellerstadii repetitam heic voluimus  
inferere atque in Ephemeridibus Innocuarum Relat. vul-  
go nomine insignitis ad A. 1716. p. 378. sqq.

4.) Wimpiniana denigrationes et offensiones in 4to  
10<sup>I</sup>/<sub>2</sub>. plag.

5) In 4to 6. plag. Quem libellum sine anno et loco im-  
pressionis editum ex bibliotheca Gymnasii Freibergensis  
benignissime mecum communicauit V. C. M. Samuel Mol-  
lerus G. R.

6) Nescio profecto, qua ratione Wimpina tria millia  
versuum de rebus Albertinis sibi vindicet, quorum nume-  
rus vix ad bis mille adscendat. Quod si etiam Epigramma  
illud impari pede confectum et infra legendum huc refer-  
ret, hic tamen numerus nondum sibi constaret.

7) De quo supra in prologo diximus et quod sub fine huius Commentarii comparet.

8) Idem hic litteratissimus saeculi sui heros, BOHVS-LAVS HASSENSTEINIUS, cuius vitam celeberrimus vir, CHRISTOPH. AVGVSTVS HEVMANNVS, Goettingae 1717. 4. plag. 2. et Io. Christoph. Colerus Wittebergae litteris consignauere, in Epistolar. suarum L. V. f. 91. 2. Ita ad Conradum nostrum scribit: *Illud molestum fuit, quod cum Martino Mellerstadio parum tibi conuenit, et simultatem hanc inter clarissima Lipsensis Gymnasii lumina oriri potuisse, et portenti loco indico, et acerbissime fero.*

9) e. g. in Apolog. et Resp. saepius citata fere sub libelli fine: *Tu diuersis subsidiariis pulmentarium tuum coxisti.*

10) Ita ibidem: *Ego tibi unico (nam reliquum mea est ista et alia cuncta bonorum subiecto libere correctioni:) respondere paratus sum pro defensandis meis non tam coram doctissimis quibusdam tuis coauiicis quam publice etiam coram Reuerendissimo loci diocesano Domino Merseburgensi aut coram Vniuersitate Lipsensi aut quocunque altero hereticae prauitatis inquisitore. Tu si doctus videri vis fac id ipsum responde: rationibus certa: non conuitiis: veritate, non meracissimis mendaciis: tum te docti viri munus obisse credent iuuenesque senesque.*

11) Theoremata aurea in 4to plag. 3. confer plura huc pertinentia scripta in Wimpinae scriptorum catalogo infra adducendo.

## X.

Post id temporis et controuersia hac vix sepulta et oblitterata in aliam *Wimpina* incidebat. D. ANNAE cultus, quem tunc in nostros hosce *Misniae* montes superstitione induxerat, occasionem varia de sanctissima hac *Christi auia* colligendi suppeditauerat, quae vulgo *Legenda S. Annae* dicta vna cum Io. Trithemii tractatu de

Lan.

*Laudibus S. Annae Lipsiae formis exscripta fabulofam narrationem de tribus Annae maritis, Iosachimo, Cleopha et Salome atque de tribus ex triplici coniugio susceptis filiabus D. Annae, MARIA, Seruatoris vniuersae hominum gentis parente, MARIA CLEOPHAE, MARIA SALOME repetebant. Contra quam cum IO. SYLVIVS, alias lingua patria Wildenauer dictus, Egrae natus, infurgeret, eam erroris argueret, et a. 1518. Apologiam pro Vnico S. Annae marito statuendo ex Scriptura sacra conscriberet, inter alios quoque Hieronymum Dungersheimium alias Ochsenfarth dictum, et nostrum inprimis Conradum expertus est aduersarios grauisimos. Noster enim libris tribus de S. Annae trinubio et trium filiarum eius asservatione (alii scribunt: asseueratione:) impugnauit Syluium, ita quidem vt L. I. dissentientium, quos Annae μαρτύρας dixit, rationes et argumenta, quibus vnicum Annae maritum tueri volunt, sistat; L. II. eadem conuellat, communemque de tribus eius maritis fabulam fortiter defendat, licet ex eorum numero Salomen, muliebri nomen, eiiciat, atque ex tertio marito, cuius nomen ignotum suspicatur, tertiam quoque Mariam Salomen genitam fuisse existimet: L. III. testimonii loco adducat editam tunc ab EPISCOPO Arelatensi de duabus MARIAE τῆς Θεοτόκου sororibus, quae ibi Euangelium annunciaffe, deinde mortuae sepultaeque eo loco tunc narrabantur. Verum nihil efficiebant haec et eiusmodi argumenta vilissima*

contra *Is. Syluum* eiusque opinionem S. S. rationibus corroboratam. Ipse quoque diuinus Vir, MARTINVS LVTHERVS, in hanc litem implicabatur, cuius de Wimpinae opinione, 2) fati moderatum et prudens ex quadam Eiusdem Epistola iudicium elucescit.

1) Tacet de his dimicationibus illustris Historiae Lutheranismi Scriptor, quas vero copiose enarrat summe venerabilis theologus, Ernestus Salomo Cyprianus in Tenzeliana Historia Reformat. P. I. p. 278. seqq. et p. 314. sqq. Conf. Val. Ern. Loescherus in Hist. Reform. T. II. p. 576. 7.

2) Quam ex pietate ortam, Cypriano p. 279. teste, iudicat.

## XI.

Verum enim vero redeundum est ad Wimpinae vitam vnde diuertimus, continuandam. Postea enim quam consiliis de Academia Vitembergensi condenda interfuerat 1) publica dubio procul auctoritate: Ipse, cuius doctrinae et meritorum in litteras fama latisime percrebuerat, Francofurtum ad Viadrum largissimo stipendio 2) euocatus fuit ad nouam Academiam sua in primis fama et eruditione illustrandam exornandamque. Abiit igitur eo a. 1506. 3) primi Academiae rectoris, et theologiae professoris dignitatem statim consecutus: qua priore quoque anno 1517. 4) necnon saepius Decurionis theologorum ordinis, atque aliis honoribus officisque academicis, in primis vtriusque Principum Collegii Collegiati 5) defunctus fuit. 6)

1) Da.

1) David Chytraeus in Chronico Saxon, ad A. M D II. f. 146. Mellerstadii, Staupitii et Conradi Wimpinae consiliis praecipue initia Academiae gubernata sunt.

2) Centuriator saepius excitatus eum non sine magno stipendio eo arcesitum esse testatur.

3) Chytraeus cit. loco f. 169. In Marchia Brandenburgensi Francofordiae ad Viadrum Academia a Ioiachimo I. Electore Brandenburgense et fratre Alberto fundata et solenni ritu d. 27. Apr. 1506. introducta est: professoribus primis ex Academia Lipsiensi plerisque accersitis, ex quibus Rector Academiae primus Conradus Wimpina theologus, ex Fagis Franconiae oppido oriundus, electus est, cuius multa aduersus Lutherum scripta extant: ab hoc Wimpinae leges et statuta Academiae primum scripta sunt. Conf. Io. Christ. Becmanni Notit. Acad. Francof. qui eum d. X. Febr. Rectorem constitutum esse p. 47. adferit

4) Teste Becmanno l.c. die Galli electus.

5) Ita scribit Centuriator; Becmannus vero tantum Mai. Colleg. Francof. Collegiatum, et Eccles. Brandenburgens. et Havelberg. Canonicum nominat Wimpinam p. 47. Baylium quoque Centuriatoris verba: Universitatis prima iecit fundamenta; Rector, utriusque Collegii Acad. Collegatus et theologiae decanus: inter punctione inter verba: RECTOR et VTRIVSQVE: omissa ita transtulisse: il fut Recteur des deux Colleges etc. velim adnotari.

## XII.

Neque minore hic, quam *Lipsiae* WIMPINA floruit nominis celebritate, atque nouorum Academiae ciuium frequentia. Postea vero quam IO. TEZELIVS. Quaeſtor ille facerrimus nundinis suis gratiae diuinae ingentes in *Saxonia* in primis atque *Misnia* excitauerat tumultus, ad eo vt profligatisimi hominis sceleri et audaciae

obuiam ire necesse iudicaret MARTINVS LV-  
 THERVS, atque puriori Christi doctrinae ex  
 tanta tamque diuturna nocte reuocandae in lu-  
 cem restituendaeque celebrata illa per vniuer-  
 sum terrarum orbem disputatione d. 31. Oct.  
 a. 1517. initium auspiciousimum faceret; CON-  
 RADVS quoque in hanc scenam prodeundi oc-  
 casionem indispicebatur. Cum enim *Tezelius*  
 ab *Archi-Episcopo Moguntino*, qui ipsi venalem  
 exponendi veniam peccatorum fecerat copiam,  
 et cuius clientelae contra *Lutherum* denuo *Teze-  
 lius* tunc *Moguntiae* praesens se commendabat,  
 consilium doctoris theologi honorem ambiendi  
 acciperet, ea spe, fore, vt ex tanta dignitate mul-  
 tum splendoris ipsius contra *Lutherum* disputa-  
 tionibus 1) accedere; ipse vero viribus suis dif-  
 fideret, probe gnarus, eas *Luthero* confutando  
 impares fore; confugiebat ad suum in dicendi  
 facultate Lipsiae olim praeceptorem 2) CON-  
 RADVM nostrum, atque ipso Praeside summos  
 doctoris theologi honores ambire conabatur.  
 Id quod vt ea ratione, quam academicae leges  
 imperant, efficeretur, bis cathedram conscen-  
 dere et duplices theses 3) quo nomine tunc dis-  
 putationes academicae insigniebantur, defende-  
 re Nundinator ille iuebatur. At enim vero  
 vnde tanta vis ingenii, vnde tam excellens doc-  
 trina misero illi homini ad haec praestanda aut  
 conficienda? Quamobrem alieno potius quam  
 suo pugnare voluit marte et vtramque 4) il-  
 lam scripturam a Conrado nostro elaboratam  
 pro

pro sua venditavit. Nihil enim dubitandum amplius est, quin haec duo scripta academica ex Wimpinae ingenio prodierint, cum priores illas CVI. theses in compendium veluti, ad LXXIIX. numerum contractas suo libello, qui inscribitur: *Anacephalaeosis sectarum, errorum etc. inseruerit* 5) addita narratione, quod easdem sub disputationis academicae examen vocari passus fuerit, tabulario academiae publice deinde traditas, vbi ne vnico quidem verbulo *Tezelii* mentionem simul iniecit. Quid! quod ipse *Tezelii* hostis et victor, *Lutherus*, mature admodum fraudem hanc odoratus est et manifestavit. 6) At enim vero variam admodum et aduersam expertae sunt fortunam disputationes hae *Tezelianae* siue potius *Conradinae*. Cum enim vltimam et *Doctorem*, vti loqui solent, praeside *Conrado* nostro tunc Academiae Rectore, et praesentibus ter centum 7) sacris viris *DOMINICI* ritum secutis d. 21. Ian. a. 1518. haberet, neque vllus huic concioni interesset, qui contradicendo instare *Tezelio* aut eum vrgere vehementius auderet; fiebat, vt iuuenis sacris litteris operatus et ingenii doctrinaeque laude florentissimus, *IO. KNIPSTROH* f. *KNIPSTROVIVS*, gente *Pomeranus*, et ex *D. FRANCISCI* societate, exurgeret, errorem de mercatu gratiae diuinae argumentis validissimis confoderet, multumque negotii facesseret *Wimpinae* et *Tezelio*. Quae quidem res adeo male bono illi iuueni cedebat, vt consilium ab-

eundi

eundi acciperet, Academiae vale dicere, Pyritiamque, secessum hominum deuotorum, conferre se cogeretur. Fasti ordinis theologorum in Academia Gryphivwaldensi, IO. FRIDERICO MAYERO teste, 8) eandem rem ita enarrant: *Theses Lutheri peruenerunt simul cum Tezelio in nouam Academiam Francofurtensem, ubi res agebatur dispari studio. Etenim D. Conradus Wimpina Professor Theol. Antitheses formarat, ac Tezelio disputandas dederat. Quibus cum fere omnes reliqui Professores consentirent, surrexit Io. Knipstrouius, Studiosus Theologiae in illa Academia et se mascule illis opposuit. Res eo perducebatur, ut Antagonistae se victos esse rati, conspectum iuuenis amplius ferre non possent, quam ob rem ut illum ab hisce studiis abstraherent, miserunt eum Piritiam; sed Knipstrouius maiori semper zelo inflammabatur.*

Fabula adhuc alia haud minus lepida addenda est. Vulcano Lutheri scripta tunc edita in publico IVTREBOGAE foro Io. Tezelius odio et furore in eum inflammatus tradiderat comburenda. Verum non impune. Non meis, ut breuitati studerem, sed ipsius Lutheri verbis omnem hanc rem narrabo. Ita vero ille ad IO. LANGVM: 9) *Vt sis praemonitus, si quae fama forte ad vos peruenerit, de conflagratione positionum Tetzellinarum, ne plus nullus addat, (ut solet fieri) quam sit, rerum gestarum. Haec est fabula. Studentes, ut sunt mire peritae si sophisticum huius antiqui studii, cupidissimi vero sacrae bibliae, forte et mei fauoris studio, cum rescissent, aduenisse virum ab*  
Hal-



*Hallis, missum a Tezel autore positionum: statim  
adeunt et hominem terrentes, quod talia huc auderet  
afferre, aliquot quidam emerunt, alii vero rapue-  
runt, et reliquas fere omnes 800 (praemissa intima-  
tione et conuocatione, ut, si quis vellet adesse conflag-  
rationi et funeri positionum Tetzellinarum, veniret  
ad forum hora secunda) combusserunt: atque haec  
in scio Principe, Senatu, Rectore, denique omnibus  
nobis. Certe et omnibus nobis displicet illa grauis in-  
iuria homini a nostris illata, sum extra noxam. Sed  
timeo, quod totum mihi imputabitur. Fit ex ea re  
ingens vndique fabula: sed maior illorum non iniu-  
sta denique indignatio. Quid futurum sit nescio, ni-  
si quod periculum meum eo ipso sit periculosius.  
Eadem haec in epistola ad IODOCVM ISE-  
NACENSEM 10) repetit.*

1) Io. Iac. Vegelius in Vita Io. Tezelii p. 326.

2) Id. ib. p. 42.

3) Quarum priores ita inscriptae sunt: Prima Dispu-  
tatio Io. Tezelii. Quo veritas pateat: Erroresque sup-  
primantur, redditaque ratione contra catholicam verita-  
tem obiecta soluantur: Frater Iohannes Tezel, Ordinis  
Praedicatorum sacrae Theologiae Baccalaureus, ac haere-  
ticae prauitatis Inquisitor, subscriptas Positiones sustine-  
bit in florentissimo studio Francfordensi cis Oderam. Ad  
laudem Dei, pro fidei Catholicae defensione, obque San-  
ctae Sedis Apostolicae honorem. Posteriores vero sic:  
Disputatio II. Io. Tezelii. Subscriptas Positiones F. Io-  
hannes Tezel, Ordinis Praedicatorum, sacrae Theologiae  
Baccalaureus, ac haereticae prauitatis Inquisitor, in studio  
Vniuersali Francfordensi cis Oderam publice ac in breui ad  
certum diem, quem etiam tempestiue designabit, sustine-  
bit ac disputabit. In quibus quisquis pro haeretico, schis-  
matico, pertinaci, contumaci, erroneo, seditioso, maleso-  
nanti,

nanti, temerario et iniurioso censendus sit, primo intuitu plane videbitur. Ad laudem Dei ac sacrae Sedis Apostolicae honorem Anno Salutis Dominicae M D XVII. Quas utrasque ex Lutheri Operum Tom. I. Ien. Lat. Actis suis Reform. T. I. p. 504--522. Val. Ernestus Loescherus inseri curavit.

4) De priore vide V. C. Frickium in Historia Lutherana: nisini Seckendorff. p. 78. Loesch. l. c. p. 503. 4. atque G. Ern. Tenzelium in Hist. Ref. P. I. p. 288. de posteriore conf. Vogel. l. c. p. 232.

5) P. I. L. V. f. 39. edit. 1518. Francf. ad Od.

6) P. I. Ep. 42. et Opp. Altenab. T. I. pag. 25. a. atque alibi saepius.

7) Ita narrat Scultetus Annal. Eu. p. 17. de Conuentu Dominicanorum an. 1518. d. 20. Jan. Francofurti instituto conf. Scriptores Loeschero citatos l. c. Tom. II. p. 8.

8) In Vita Knipstrouii Synodologiae Pomeranicae praemissa.

9) T. I. Ep. Luth. p. 54. b.

10) Ib. p. 61. Prolixiores in his enarrandis fuere Loescherus l. c. T. II. p. 9. et Vogelius l. c. p. 324.

### XIII.

Neque heic Wimpinae in Lutherum eiusque doctrinam subsistebat odium, quin potius scriptis aculeatissimis in eum inuehebatur porro, imprimis cum *Sectarum Anacephalaeosin*, de qua paullo post dicendi locus erit, *una cum aliquantibus Pigardicarum, Wiglesicarum, et Lutheranarum haeresium confutationibus* ederet. Cum enim auspicato emendatae fidei an. 1530. articulos XVII. iussu IOANNIS CONSTANTIS à LUTHERO Torgaviae compositos, quos Ludouicus Maimburgius materiam A. C. vocat, et ab hoc ipso religiosissimo Principe *Augustam Vindelico-*

runt

rum in S. R. I. Comitia perlatos Principes pro fide sua antiqua pugnacissimi, in quibus IOIACHIMVS I. Brandenburgicus prae ceteris eminebat, refutatos cuperent; quatuor deligebantur theologi Brandenburgenses, CONRADVS WIMPINA, IO. MENSINGIVS, WOLFFGANG. REBDORFFIVS et RVPERTVS ELGERSMA, qui id negotii in se susciperent. Id quod cum facerent, censuram 1) suam horum articulorum. Eidem huic *Ioiachimo*, WIMPINAE procul dubio stilo, dedicarunt. Cum etiam paullo post fidei suae *Professionem*, quae ab Augusta Vindelicorum augustum suum nomen habet, *euangelici* Principes *D. Imperatori*, CAROLO V. traderant; nullam moram Caesar interposuit, sed altero statim post praelectam A. C. die videlic. 26. Iun. *Romano-Catholicos* in consilium aduocauit: in quo, etsi quidam duriora suaderent, decretum fuit, examinandam ante omnia *Confessionem* a theologis et ad eam respondendum esse. Adducti enim erant a variis Principibus in Comitia infensissimi Lutheri theologi, quorum praecipui IO. FABER, IO. ECCIUS, AVGVSTINVS MARIVS, IO. COCHLAEVS, CONRADVS COLLINVS, ARNOLDVS DE VESALLIVS et CONRADVS noster erant. In hisce igitur WIMPINA partim suam quoque operam atque studium 2) ad confutandum sed irrito conatu, A. C. contulit, partim consiliis 3) de vtraque ad pacis condiciones adducenda parte tunc agitatis interfuit. Quod si enim P. BAYLIO 4) fides

fides habenda est, disputantium multitudo obfuit, quo minus controuersiae istae feliciter deciderentur. Quare ab vtrisque tres praecipui selecti sunt theologi ad componendas in doctrina lites, ibique romani quidem coetus partes tueri iussi sunt ECCIUS, WIMPINA, COCHLEVS.

1) Conf. *Ill. V. L. Seckendorffius* in *Hist. Lutheranismi* L. 2. f. 177. et f. 171. ex ed. lat. et integrum hoc scriptum in *Lutheri Opp. Vitemb. germ. T. IX. f. 402. - 405.* sequenti titulo ornatum legitur: *Kurzzer und Christlicher Unterricht wider die Bekantniß D. Mart. Luthers auf dem ietzigen angestellten Reichs-Tag zu Augsburg a. 1530. auß neue eingelegt, in XVII. Artikel verfaßet durch Conrad Wimpina, Johann Mensing, D. Wolfgang Rodoersfer, D. Rupert Elgersma Licentias.*

2) Conter inter alios *God. Arnold. Histor. Haeres. et Eccles. T. II. L. XVI. c. 18. f. m. 211.*

3) Confirmat hoc *Epistola Martin. Meglinii ad Senatum Kizigensem publicam in lucem protracta in Relat. Innoc. 1720. p. 531.*

4) In *Dict. sub voce WIMPINA not. B. Il fut l'un des quatre Theologiens de Brandenbourg qui refuterent en 1530. les Articles de Foi, que Luther avoit publiez et qui seruirent de base a la Confession d'Augsbourg. Il fut l'un des Theologiens que les Princes Catholiques amenèrent cette année a la Diète. On avoit choisi les plus propres a la dispute, et quand on vit, que les premieres conferences entre les Deputez des deux Partis n'auoient point fraié le chemin a un accommodement, et qu'on soupçonna que la multitude des disputans de part et d'autre eloignoit les Voies de paix, on ne retint que trois Theologiens de chaque coté. Ceux du Parti Catholique furent Eccius, Wimpina et Cochleus.*

XIV.

De scriptis 1) WIMPINAE quoque dicendum est, quorum alia *Theologica*, eaque vel *Dogmatica*, vel *Polemica*, alia *Philosophica*, *Oratoria*, alia *Poetica*, et in has quidem diuisa classes iam enumerabo.

I. Theologica.

a) *Dogmatica.*

1. De ortu, progressu et fructu S. Theologiae L. I. \*
2. Pallilogia de Fastigio Theologico L. III. †\*
3. de Nobilitate Christi L. III. \*
4. de Laudibus Christi Panegyric. V. (sublimitate, admirabilitate, bonitate, clementia, et amabilitate.) \*
5. Super Sentent. L. IV. *volumen grande, verba sunt Anonymi Centuriatoris, in quo ferre omnium scriptorum opiniones sub forma epitomatis reuocat, horum librorum primus est impressus.* †
6. de Fato opus insigne et praeclarum. †
7. De Explanatione initii Euangelii secundum Ioannem L. I. †
8. De Explanatione Symboli Athanasiani L. I. †
9. de Prouidentia L. III.
10. de Praedestinatione L. III.
11. de Fato L. III.
12. de Bona Fortuna L. III.

D

12. Eu-

13. Eucharistiae Memorabilia.

14. Glaubens-Spiegel 1666. 12. ††

E) Polemica.

15. Errologium i. e. Tractatus de Erroribus philosophorum in fide christiana Aristotelis Commentatoris Auicenne et Alkindi, cum confutationibus eorundem. a. 1493. 4to.

16. Sectarum, Errorum, Hallucinationum et Schismatum ab origine ferme Christianae ecclesiae ad haec vsque nostra tempora concisioris Anacephalaeos eos vna cum aliquantis Pigardicarum, Wigleficarum, et Lutheranarum haeresium confutationibus librorum partes tres. Franc. 1528 fol.

† 17. Apologeticus in f. theologiae defensionem L. I.

† 18. Apologia secunda contra obtrectationem theologiae.

† 19. Apologia tertia ad Mellerstatinas offensiones et denigrationes S. theologiae L. I.

† 20. Apologia quarta contra Laconismum Mellerstat. pro defensione S. Theologiae L. I.

21. Apologia quinta pro repressione errorum Mellerstat.

† 22. Cribratio in tergiuersiones Mart. Mellerstat.

23. de S. Annae trinubio, et trium filiarum eius asseruatione L. III.

II, Phi-

II. Philosophica.

24. Editio Proprietatum Logicalium in commentatione non vulgari L. IV. †  
 25. de eo, an animati coeli possint dici L. I. †  
 26. de nobilitate animarum caeli L. I. †  
 27. de signis et insomniis eorumque interpretationibus L. III. \*  
 28. de hypocrisi, superstitione et diuinatione L. III. †  
 29. de Sex Sophorum erramentis eorumque confutationibus L. III. \*  
 30. Opus Quodlibeticae disputationis mirum et varium. †

III. Oratoria.

31. Praecepta coaugmentandi Rhetorice orationes L. I. †  
 32. Oratio habita in Aula Doctorali studii Lipzensis pro receptis insignibus a Legato. †  
 33. Orationes in exceptionem Reuerendissimi Legati Cardinalis Gurzensis duae 1503. †  
 34. Oratio congratulatoria pro Reuerendissimo Cardinali Brixensi. †  
 35. Oratio in primitiis illustrissimi Principis et Archiepiscopi Magdeburgensis, Domini Alberti, Marchionis Brandenburg. habita Berlinii in aede D. Mariae a. 1513. Dom. p. Pascha. † \*  
 36. Oratio Inuocatoria in missa Quodlibeti Lipsensis 1497. †. ††.

D 2

37. In

- \* 37. in Electione Rectoris Academiae Lipsen-  
fis.
- \* 38. in statutorum lectione.
- \* 39. in eorundem lectione.
- \* 40. in commendationem S. theologiae.
- \* 41. in gratiam reuerendisfimi Cardinalis Mel-  
chioris hab. 1503. in aede D. Thomae.
- \* 42. Vniuersalis studii Francofurdani ad Ode-  
ram. Inuulgatio. 1506. 26. Febr.
- \* 43. ad Francfordianam Academiam in die  
Pentecostes. 1514.
- \* 44. ad eandem Cotbusiam translata ob in-  
clementiorem aerem et pestiferum.
- \* 45. ad Clerum in studio Francofurdiano 1529.
- \* 46. ad Academiam Francf. in assumptione B.  
Virginis.
- \* 47. in Chartusianos Francf.
- \* 48. ad Acad. Francf. in Paschate.
- \* 49. Pro auspiciis Disp. Quodlibeticae. 1510.

#### IV. Poetica.

- † 50. Bellorum illustriumque Actorum Alber-  
ti Ducis Saxonie Epitome, Carminum  
L. III.
- † 51. Epitaphia Eiusdem.
- † 52. de Vniuersitate et Ciuitate Lipsensi Car-  
minum Libri duo.

1) Tria



I) Tria heic TE, L. B. praemonenda habeo, antequam recensio- nem scriptorum *Conradinorum* perlustrares. Pri- mum est, vt ex triplici potissimum fonte eorum cognitio- nem haustam mihi esse dicam. Ea namque, quae ex *Cen- turiatore Anonymo* cognoui, notata sunt, † quae vero ex *Becmanni Catalogo Bibliothecae Francof.* †† et tandem vbicunque *asteriscus* \* inuenitur, illa vno volumine colle- cta inueniuntur sub hoc rubro: *Farrago Miscellaneorum Conradi Wimpinae a Fagis, eximii bonarum artium, philoso- phiae atque sacrarum litterarum professoris, Opus profecto insigne, partim iam recens natum, partim vberiore foetu re- natum ac multa diligentia recognitum et castigatum Colon. apud Io. Soterum 1531. f.* Quam quidem collectionem, vt̄ ex dedicatione ad IOIACHIM. *Brandenb.* facta patet, in- stituit *Io. Romberch a Kyrspe, Dominicanae professionis theologus et Concionator Coloniae Agrippinae,* qui *Wimpinae* scripta admodum dilaudat atque de sua iis impensa opera ita scribit: *Ego autem non parum laboris in libris illis recog- noscendis ad archetypum et exornandis parandisque ad edi- tionem insumsi, vt̄ author ipse coram conspexit hic, cum illu- strissima Tua Dominatione praesens in Romanorum regis electione in dedic. f. 2. et in Epilogo ad Libellum de nobilitate Christi f. 16. Quoniam, inquit, celeberrimus doctor Con- radus a Fagis Wimpinensis, crebrius me pulsat litteris, qui- bus mirum in modum hortetur, quatenus suis, (quae nobis recognoscenda commisit) opusculis non grauarer quippiam ex meo etiam (vt̄ verbis eius utar,) ingenio influere et a praelo locupletiora nostro studio vobis communicentur, atque ad authorem cum vsura remittamus. Id quod tum optime sciendum putauit, si non modo textus ipse limatior et politior (expunctis mendis, quas vel scriptorum vel chalcographo- rum contraxerat ignauia) prodeat, sed et in margine scri- pturarum locos, quibus nititur, cum aliis adnotatiunculis adsignauerimus, simul et in calce cuiuslibet opusculorum, quemadmodum in nouissimis ad me, ex Augusta Vindelicorum comitiis, principum litteris suadet, monet et postremo con- zendit, nonnihil calculi nostri adiecerimus etc.*

Deinde candidè profiteri necesse habeo, me paucissima *Wimpiniana* meis ipsius oculis vsurpasse. Quare veniam erroris mihi concedi cupio, si quando in illis enumerandis lapsus fuerim. Neque enim frustra suspicor, vnum scriptum sub duobus titulis heic saepe comparere, v. g. n. 1. et 2. item n. 24. et 25. porro n. 31. et 40. etc. Tandem de lib. de Diuinat. addo, *Wimpinam* ideo a P. Baylio accusari plagii, dum l. c. ita scribit: *L'vn des principaux ouvrages de Wimpina est celui de Diuinatione; mais on l'accuse d'y estre le Plagiaire de Pie de la Mirandole (Toto clam opere ex Pico plurima Martin. Del Rio Disq. Mag. L. 4. c. 2. qu. 7. sect. 2. p. 247.) Voilà donc vn Auteur à ioindre au Catalogue de Thomastus.*

XV.

Restat, vt ea, quae ad WIMPINAE reliqua fata et ex hac vita discessum pertinent, denique prosequamur. Postea enim quam Academiam *Lipsiensem* et *Viadrinam* doctrina et meritis exornauerat, magnis inprimis charus heroibus, IOIACHIMO, quorum *Coloniae Agrippinae Romanorum* electioni et *Augustae Vindelicorum* solennitati Comitiorum Imperii interfuerat; TILLONI, Episcopo *Martisburgensi* et *Acad. Lips.* Cancellario, qui quoque *Conradum* Vice Cancellariatu a. 1503. gratuito donauerat: RAYMVNDO, Romanae ecclesiae purpurato, qui non interpellatus, sed sponte sua in *Conradum* Doctoris theologi dignitatem contulerat: HARTMANNO *Burggraui* *Kirchbergensi*, Iurium doctori clarissimo ac *sacrae Moguntinensis Ecclesiae* Canonico, cui *Capellani* vices obiit: *Romae* quoque, vbi iuuenes procul dubio 1) fuerat praesens,

sens, non ignotus ; aetate iam prouecta et morti proximus Francofurto in Franconiam abiisse ibique a. 1531. mortuus IO. CHRIST. BECMANNO 2) ex Faſtorum Academicorum fide dicitur. Cuius quidem diſceſſus ex Academia cauſſas tres potiſſimum Idem adducit hiſce verbis : a. 1526. *Vniuerſ. Franc. I.)* *peſte diſſipata fuit, ut per aliquot annos vires colligere haud potuerit, et a. 1530. 31. nullae promotiones habitae fuerint. II.)* *Diſcentes plerique vicinam Wittebergam ob ſaniorum doctorum copiam adire maluerunt: Vnde rarior in hanc Vniu: ob ſuſpectam Religionis doctrinam aduentus. III.)* *Accesſit eadem ex cauſſa nimis parca et incerta ſtipendiorum ſolutio, priuatis paſſim praeſtationes annuas ſuas abnuentibus, vel certe tardantibus, et Religioni exoſae eoque illis, qui eam publice profitebantur, nihil amplius deberi exiſtimantibus: unde diligentia docentium intorpuir, pars etiam commodiora loca quaefuit. Hinc Wimpina amplexus eſt occaſionem proficiſcendi a. 1530. Wormatiam. Plura de Wimpinae vel loco vel tempore emigrationis ex hac vita commemorare non poſſum, praeter quam quod illud adhuc adnotari mereatur, quam plurimos CONRADVM iam a. 1529. diem obiſſe ſupremum, falſo 3) adſeruiſſe.*

1) Ita ipſe in Reſp. et Apolog. contra Lacon. Med. F. III. *exiſtimauiſti me Rome duntaxat mente fuiſſe. At poteris ex coauiſicis tuis clarisſimis quibusdam contrarium doceri -- certo certius habeas, me tantis per Rome egiſſe ſub*  
D 4
phebea



*phoebea cortina, quantisper fors in Moguntie sub ferula escu-*  
*lariana.*

2) *In Notitia Acad. Francof. p. 78. 79.*

3) E. g. *Koenigius* in *Biblioth. Vet. et Nou.* sub vo-  
ce: *Wimpina*, qui forte errorem hausit ex *Guil. Budaei*  
*Θανατολογία* inserta nunc *Heinecci et Leuckfeldii Scriptore*  
*Rer. Germ.* p. 203.



ILLVSTRISSIMI  
FAMAQVE SVPER AETHERA  
NOTI PRINCIPIS ET  
DOMINI  
DOMINI ALBERTI  
SAXONIAE DVCIS ETC.  
BELLORVM ILLVSTRIVMQVE  
ACTORVM  
EPITHOMA  
ID EST  
BREVIVSCVLA  
COMMENTATIO.

Principis Alberti mauortia facta, triumphos  
Saxonici herois, bellaque nosse cupis  
Quae tulit Oceano rigidus, tumidoque sub au-  
stro

Me lege, tum dices: maior Achille fuit.

\*

\*

\*

*Illustri serenissimoque Principi ac Domino, Domino Georgio Duci Saxoniae, Lanigravio Duringiae ac Marchioni Misnae, Domino suo gratiosissimo Conradus ex fagis dictus Wimpina post debitam observantiam orationes in Christo devotas.*

**N**emo ambigit, Illustrissime Princeps, ingenium gratiae tuae pientissimum genitorem, toto orbe clarissimum principem Dominum Albertum Saxoniae Ducem etc. in tot mari terraque offensis periculis, eo animum fixisse, vt nequaquam praeclari facinoris fui, priscis illis heroibus toto vetustatis monumento conspicuis, degeneriorem finem praestituerit, noluisse scilicet ex rigido illo sub Austro Hunisque bello, illaque cruenta per triplicem Galliam ad vltimam etiam Tylen, victoria, commodum priuataeque supellectilis augmentum; verum (quod herculeis illis maioribus maioris multo existimatur) sibi suaeque illustri parentelae, totique Saxonicae Domui, laudes honores nomenque voluisse perenne. At cum praeclara facinora vel temporum iniuria, vel mortalium caduca fluxaque vita, obliuione ocisime praecipitantur, nisi litteris prodita quam diutissime posteritati commendentur, qualiter et plerisque ex Illustri Saxonica Domo

toto

totoque Germanico sinu praeclarissimis factis  
 conspicuis, nouercante germanica barbarie, ob-  
 tigiſſe liquet: placuit pro ea, qua me nuper  
 (dum maiori Collegiatura Lipsienſis ſtudii do-  
 naret) complexa eſt illuſtris gratia tua liberali-  
 tate Illuſtriſſimi Principis, alterius profecto  
 Theutonici Achillis, Ingenuae gratiae tui geni-  
 toris, domi forisque praeclara geſta, acta et fa-  
 cinora, humili carmine, quo facilius Theutoni-  
 co pateret legenti, perſcribere, poſteritatieque  
 commendatam, lethei fluminis obliuioni exci-  
 pere, Tuaeque Illuſtri Magnificentiae caſtigandam,  
 elimandamque dedicare, ac demum, vbi  
 viſum fuerit pro tanti Illuſtriſſimi Principis im-  
 mortali fama, in commune longos in annos or-  
 besque internoscendum promulgare, quem et  
 Illuſtrem Gratiam Tuam Summus Deus Maxi-  
 mus incolumem ſeruet longos in annos.

\* \* \*

\*

**S**AXONICOS reuocare Duces conabor auitos  
 MAUORTES, Miſena Domus quos inclita prod-  
 it,

Lantgrauios rutila progreſſos ſtirpe Doringos,  
 Et ſua, marti fragos ſerto complexa virenti  
 Stemmate perpetuo, radiantem ſigna leones;  
 Theutonicum Aeacidem, Miſeno ſanguine cla-  
 rum

Saxonicum Albertum, teretis quem climata  
 mundi

Inge-



Ingenio, rigidaque manu, victricibus armis  
 Herculeas vires, Thyrinthia bella secutum  
 Orbe sub occiduo memorant tumidoque sub au-  
 stro. 10

Phoebe modis plectroque faue, de vertice Musas  
 Ducito, Castaliis distinguas tempora limphis,  
 Quo duce Saxonicus, quo Princeps tempore?  
 Martis

Sacra adit Albertus, Romanaqua signa, cruentis  
 Strennuus in faustis totiens iactata periclis,  
 Hostibus eripuit, patriis quo numine diuum,  
 Finibus extorris, sedesque egressus auitas  
 Martia girifluo traduxit proelia mundo.  
 Nam memorare potes, placideque immittere  
 menti

Vt tulit hibernae galeatus frigora noctis 20  
 Et longos crebro soles, bellique furores  
 Aggressus iuuenis, canos deuoluit in annos  
 Ad me Franconicae natum sub tegmine fagi  
 Et potius sacrae solitum studuisse Theofi  
 Vix varia et tenuis facti praelabitur aura.  
 Theutona hyperboreis regio memorata sub  
 astris

Frugifere rapidis procul hinc sub fluctibus Istri  
 Austria, Pannonicis habitatur clara colonis  
 Nobilis Archiducum sedes, dignata latino  
 Saepius imperio, qua Caesar auunculus ora. 30  
 Fors Fridericus erat, tumidis exercitus austris  
 Versus vt Hungaricum moturus praelia regem.  
 Arma viros petiit, quo rerum maxima bellum  
 Prodiret facili, et voti efficeretur adeptor.  
Iam

Iam Friderici clara patris perfuncta supremis  
 Principis in superos, curis, concessit imago.  
 Dux ergo Albertus seniorque Ernestus \* in an-  
 nis

Legibus imperii venerari Caesaris arces  
 Mittuntur gemini fratres, diademata regni  
 Suscipere: et sceptris vestiri rursus auitis. 40  
 Mox redit Ernestus, patrias nam ferre volebant  
 Regnicolae hunc sedes, solitisque incumbere  
 regnis.

Sed pius Albertus \*\* tumidos seruator in Hu-  
 nos,  
 Ante annos animum ostentans, curamque viri-  
 lem.

Scilicet hic rerum summam voluentibus annis  
 Imperii solus bellorum turbine fractam,  
 Dum totus rigidis orbis concurreret armis,  
 Repparet, et posito compesceret agmina bello,  
 His foret auspiciis, genitusque fauentibus astris,  
 Augurat Imprator, quem nec spes vlla fefel-  
 lit. 50

Quippe sub astrifero qua surgit culmine Phoe-  
 bus

Siue sub occiduis resonantia bella Britannis,  
 Siue sub Hungaricis memores, gelidisque sub  
 Austris

Vnicus Albertus Martem est comitatus in orbe.  
 Vt primum implumis senior quem liquerat ales,  
 Infue-

\* Albertus et Ernestus de Saxonia inuestiuntur.

\*\* Dux Albertus in Austriam profectus ab Imperatore  
 militiae adscribitur.

Insueta recubare fame, quo viuere raptō  
 Instruat, et cogat patrios imitarier ausus,  
 E nido pulsus loca circum nescius errans,  
 Agemit orbantis nequicquam alimenta paren-  
 tis.

Ast didicit postquam gradientum vestier ex-  
 tis, 60

Impiger ipse ruens manibus quaeque obuia  
 prensat,

Nec pecudes hominesue timens Iouis armiger  
 vncis.

Sic vbi signa sequi sonitusque audire tubarum.

Ac ocreas aptare leues sub Caesare primum

Suluerat Albertus lorica indutus et armis,

Pannonicasque acies didicit iuuenilibus annis.

Protinus arma rapit, glomaratque ad signa co-  
 hortēs

Et secus haud aquilas tyro molitur in hostes,

Quam si ferre ducem se longior egerit vsus.

Dura prior tumidis occurfans strenuus Hu-  
 nis. 70

Arma infert, medioque truces ex agmine tur-  
 mas

Insequitur, praelata negans tolerare trophea,

Danubius sensit quantum surrexerit armis

Vis sua, dum totiens victricia signa Wiennam

Per vada caesorum traduxit sanguine spumans.

Sensit, et irriguis fluitans in vallibus Enus

Saxonicos equites, Stirii gratantur inermes,

Praesidio venisse sui quos Dalmata iamiam

Hun-

Hungaricaeque manus pepulissent Alpibus: In-  
gens

Lorchicus intonuit tanto Ducis ense leuari, 80  
Quo miser excidio binos agitatur in annos.

Ast vt magna breui placent committere versu.  
Haud prius armifoni strinxit retinacula Martis  
Gannonicis sua quae totiens per praelia victis  
Conderet aeternas Hunis cum Caesare paces.  
Hinc reuocatus abit, postquam pia fata paren-  
tem

In superos poscunt, regno spectandus auito.  
Sed mora nulla datur, rursus mauortius heros \*  
Cogitur Imperii monitis ad littora Rheni  
Arma sequi, rigido Nusinos milite campos 90  
Cingere, Romanas aquilas et signa tueri.  
Neu dux occidius suffultus ad agmina Gallis  
Luderet imperium Rhenenses circiter vrbes.  
Dux inquam Allobrogum, Carolus Burgun-  
dius, \* olim

Heluetius Coridon, quem nuper in Alpibus or-  
sum

Heus nimis audacem stigias detorsit ad vndas  
Et licet hemonio maduit qua sanguine tellus  
Monte gigantheo lapitisue sonantior isset  
Caesar in aduersos traducens spicula Gallos.

Theutonici tot eo misis de climate mundi 100  
Imperii ducibus radiantia signa ferrentum.

Vnicus Albertus tamen ex superantibus actis  
Signi-

\* Dux Albertus ex Austria in patriam redit iturus ad  
Nusiam Rheni.

\*\* Caroli Ducis Burgundi bellum cis Rhenum.

Signifer Imperii meruit per castra vocari.  
 Gloria qua domui tibi stat, Saxona per aeuum.  
 Tandem ibi compositis rebus iustisque paren-  
 tis

Actis, Hierusalem \* meditatur pergere ad arces,  
 Et reuidere Dei monumenta piissima passi.  
 Atque Quirinales rediens accedere colles,  
 Cardineos foliis patres spectare superbis.  
 Quos vbi per varios casus, per nubila rerum 110  
 Pertigit, aerea sublustrans tecta Sionis,  
 Et Bethlehem Domini prima incunabula nati  
 Christi militiae ascriptus, merfusque sepul-  
 chro

Calcibus auratis rediit mauortius heros.  
 At Princeps postquam Misenas contigit oras,  
 Et nec lasa sui traxissent membra quietem  
 Concitus, Hircinis Mars frendens venit ab ar-  
 uis,

Qua sua Quedelburg obliti nuper in vrbe  
 Iura negant ciues, antiquo more forori  
 Pendere, quin potius dominantis frena capi-  
 stri 120

Excutiunt, propriis annixi fidere rebus.  
 Ergo soror, quam clara tulit Saxona \*\* propa-  
 go,  
 Consulit Albertum, rogitans noua bella ciere,  
 E Auda.

\* Dux Albertus proficiscitur Hierusalem.

\*\* Abbatisa Quedelburgensis, Ducissa Saxoniae de  
 rebellione ciuium quæsta, illustrem Albertum eius germa-  
 num ex Hierusalem redeuntem pro mouendis armis Que-  
 delburgensibus sollicitat,

Audaces nimium ciues in prisca mouere  
 Obsequia, et tumidos rigido compescere Marte.  
 At pius Albertus calcaria fulua recingens  
 Ingentes peditum turmas Misenaque signa  
 Turingosque equites, inimica per arua trahe-  
 bat.

Nec dum contiguos prenabant agmina campos  
 Nec fuerat Martis facies admota colonis. 130  
 Pectoribus cecidere omnes, ceu montibus arbos  
 Frondibus orba dolet boreo spoliata rigore.  
 Sponte fores patulas faciunt, et praelia dam-  
 nant

Vefanique horrent olefacti Martis odores,  
 Nec dominam, nec cuncta pati mandata recu-  
 fant

Principis, ast humiles veniam pacemque pre-  
 cantur.

Mox Mars vt Gethicas aberat rediturus in oras,  
 Pronuba Iuno parat stagnantes esse per vndas  
 Dacorum in patrias, vbi Regi Ernestia \* proles  
 Nupta datur, Luneburgensi quin hymeneo 140  
 Altera perpetuo iungatur foedere nympa  
 Poscit, et extremo taedas iugat ipsa labore.  
 Tanta parans Iuno, Ducibus prius omnibus,  
 vnum

Elicit Albertum neptim trans aequora Princeps  
 Christinam sequitur Dacumque in scepra loca-  
 uit.

Hinc

\* Reginam Dacie nuptui ducit Albertus.

Hinc Athesinus \* adest paribus Cillenius alis  
Maxima Sismundi Archiducis Comitisque Ti-  
rolis

Regia dona ferens pandit mandata per auras,  
Principis ingenuam Alberti rogitet Katheri-  
nam

Connubio natam iungi propriamque dica-  
ri. 150

Hanc fore quam toto celebraret vulgus in or-  
be

Austerae sceptris, athesino coniuge dignam,  
Huic tam forma decens cui cedat cuncta vetu-  
stas

Ipsa Iouis coniunx, Canates, Venus Attica, Pal-  
las,

Briseis, Hisiphile simul et Rodopeia Phillis,  
Cinthia facundi versum modulata Properti  
Et nimium Nemesis a te cantata, Tibulle,  
Et quibus aeternam tribuentes carmine lau-  
dem

Sola venustatis memorant exempla poetae.  
Hanc pater Albertus natam pactosque hyme-  
neos 160

Archiduci firmans, athesinas tradit in oras.

E 2

Inci-

\* Albertus Katherinam eius filiam venustate cunctas  
nostro evo facile superantem Archiduci Austriae Sigismun-  
do nuptam in Athesum traducit,

*Incipit Bellum Australe Stirium Lorchicum  
Illustris Ducis Alberti.*

Interea totum volitans it fama per orbem,  
Pannonios iterum tumidos errare per Austros,  
Irrita seiungi, quae Caesar foedera quondam  
Iunxerat, Austrinas quibus Hunus liquerat ar-  
ces,

Hungaricum nitidam regem obsedisse Wiene-  
nam,

Danubium hostili late ditone teneri.

Cogatur Stirius, patriis excedere tectis  
Arma duces fugiens, et aratis obuia fulcis  
Agmina, procurfu dulces laesura penates. 170

Poscitur Albertus regno succurrere auito  
Caesaris, Hungaricum patriae diuertere Mar-  
tem

Ni faciat, propriis eiectus Lorchicus agris  
Exul inops rigidis merens in Sirtibus erret.  
Saxonicus reparatur eques, Misena per arua  
Arma sonant, sua Turingos quatit vngula cam-  
pos.

Septima lux gelidis Albertum sistit in Austris,  
Mox

\* Albertus rogatu Friderici Imp. obuius pergit ingen-  
ti exercitu Matthiae regi Vngariae hostili apparatu Au-  
striam laceffenti et iam Wienam iure belli tenenti: Pul-  
sis primum trans Enum flumen hostibus, lorchicisque  
agris bello leuatis in Stiriam cum exercito conuertitur.  
Ibi Trigam urbem in metis Dalmatiae sitam Vngara obsi-  
dione cum capitaneo cinctam liberat, et hinc ad Danubium  
versus comperiens nouam ciuitatem ab Vngaris obsessam,  
pluribus congressibus, bellicisque incurfibus regem ad  
pugnam inuitat. Sed rex neglecto bello ad foedera apud  
Sanctum Hippolytum Principem vocat et perficit.



Mox superans Enum, sparsos vbi vallibus ho-  
stes

Non hominum modo contentos pecorumue ra-  
pina,

Argenti spoliis aut auri pondere fului. 180

Culmina subiectis sed cernit rustica pasfim

Cum stabulis pecudes crepitantibus vrere flam-  
mis.

Impia quae tantam genuerunt saecula gentem!  
Heus ait: Omnipotens, trucibus me parcere fer-  
ro

An licet? et simul infrendens dilapsus in hostes  
Trans vada torrentis, prensis terit agmina cam-  
pis.

Eiectis penitus turmis ea rura quietat,  
Littora Pannonicos nam hostes per curua va-  
gantes

Comprimit, et fufas cogit reuocare cateruas.  
Hunis Saxonicum in Styriis agnoscere Mar-  
tem 190

Obtulit, atque Frigam longa obsidione recinc-  
tam

Liberat, eripiens media sub strage baronem.

Hic primum nostros mirata est Dalmada Strido

Patria Hieronymi Stiriae vicina Triganae.

Compositis Stiriae rebus Dux lapsus ad Histrum

Danubii fines simili obsidione recingi

Comperit, Hungaricoque nouam urbem Rege  
teneri.

Cuncta inimica fore captam lachrimare Wien-  
nam.

E 3

Hinc

Hinc citus ille ruens aduersa per agmina Prin-  
ceps

Ad Sotiam penetrare urbem per tela per ig-  
nes. 200

Hortatur dubios ciues, bona corda capeffant,  
In prompto arma ferat rapido quibus Hunus ab  
Histro

Pulsus tranquillis cogatur cedere regnis,  
At simul ex omni delectas Marte cohortes  
In medios Hunos, medios traducit in hostes,  
Conturbent acies, bellumque accendere curent.

Mox furit et totis laxat Mars frena capistris,  
Ingeminant ictus, quassusque per aera clangor  
Intonat armorum, pulsantur cestibus Huni  
In ciruos laceris gladios mersare pharetris. 210  
Cogitur Hungaricus veles statione moueri,  
Nec mora, Dux sequitur, trepidosque ex aggere  
cogens,

Mox Enum superare premit, qua martiger he-  
ros

Confidet Hungarico Mathias milite septus,  
Quem postquam incurfu celeri fremituque fu-  
gantum

Arma venisse docent trepidantes viribus Huni.  
Quis nouus his, inquit, succesfit finibus hostis?  
Num redit Albertus, pacis qui foedera iunxit?  
Cumque triumphatum Duce tanto hunc liqui-  
mus Histrum,

At iuuat appellare virum, quem nouimus ip-  
si, 220

Theutonicos superare Duces pietate vel armis.  
Mox

Mox igitur Princeps in regia castra vocatus  
 Obuia signa sequens diui conscendit in urbem  
 Hippoliti, liquens vbi celsas Hungarus arces  
 Radit compellare Ducem, et disquirere causas,  
 Cur veniat tanta peditum comitante caterua?  
 Scipiadem vt penus Tiriis vincendus in Afris  
 Hannibal alloquium poscens per castra fatetur  
 Scipio, si tibi fata Deum me vincere praestant.  
 DispuDET infuetum, ac tanto te Principe ma-  
 lo 230

Quam coram cunctis submittere colla latinis.  
 Creditur haud aliter Mathias blanda locutus,  
 Cum focer accedens focerum compellat amice,  
 Atque datis duxit longa in penetralia dextris,  
 Quos ibi sermones, quae mutua verba referrent  
 Ingenti gemitu liquidum trans aethera lapsus  
 Mars docuit, veteres linquens iratior Austros.  
 Arma silent Ducis intuitu, Rex mactat ad aras  
 Sacra boues in itae monstrantes foedera pacis.  
 Pannonius nullo post fines Marte laceffens 240  
 Caesareos, gelidis secedat miles ab Austris.  
 Ante sed abreptam sit sat tenuisse Wiennam.  
 Sic Regem inuictum quem martia nulla treme-  
 bant,

Quem fugeret Caesar, totum qui terruit orbem,  
 Quem patriae exitium solum Mahumete time-  
 bas,

Pangere Saxonicus Princeps noua foedera co-  
 git

Tertia maturas spondebant femina messes,

Tum rediens Caesar, \* peragratis finibus orbis  
Imperii nato meditatur ferre coronam.

Ergo Duces, quos alta fouet Germania, cunc-  
tos

250

Accersit Fridericus, consiliumque potentum  
Nurnbergae grauibus regni de rebus habebat.  
Danubii paces, Hunorum foedera Princeps  
Nunciat Albertus post tanta pericula praesens.  
Martia narrantis tremulos per colla lacertos  
Implicuit Caesar, lachrimas cum voce secutus:  
Quis tibi pro tantis meritis, pro talibus ausis  
Praemia digna dabit, Regni fortissime Princeps?  
Et simul ad natum conuertit lumina Regem:  
Haud erit vlla dies vnquam, quo Maxmilia-  
ne

260

Non vice patris, nate, colas, qui tanta paren-  
tem

Compulsum penitus proprios exire penates  
Me miseratus erat, patrium quo liquimus Hi-  
strum.

Et simul his dictis Albertum in sede locatum  
Multa rogat, patriis quae rebus forma nouatis,  
Quae rerum Imperii facies iam scepra peten-  
tem

Neu rapidi linquat natum post littora Rheni.  
Noricii interea multi per moenia montis

Cae-

\* Fridericus Imp. peragratis finibus externis pro re-  
bus imperii gerendis conuentum Nurnbergae indicit, Dux  
Albertus de foedere nuntiat, Imperator grates habet, fi-  
liumque commendat, et de coronando rege meditatus  
Eletores Francfordiam vocat.

Caesaris accitu, Germani robora Regni,  
Conuenere Duces, mens omnibus vna sequen-  
di

270

In quascunque velit, terras deducere natum  
Caesar, et Imperii Electores flumen ouantes  
Noriciis Mogonum transuecti collibus ortum  
Romani subeunt Franckfordim nominis vr-  
bem.

Qua prius auspiciis, sacrisque ex more peractis  
In solium Princeps residens Elector auitum  
Eligit, Imperii quem mauult ferre coronam.  
At circum glomerans patria cum voce per au-  
ras

Romani, ingeminant plausu fore Maxmilianum  
Tarpeium Regem, sequitur quem cetera pu-  
bes.

280

Organa pulsa sono tubicemque per aera fren-  
dens

Atria peruerrit, iubilus ferit aethera clangor.  
Occurrunt proceres, Regem stipantque frequen-  
tes.

Siderium in solium Romani vbi sceptrum Senatus  
Non dubia sibi forte dari, non munere vulgi  
Aut emisse docet, vel rapta frementibus ar-  
mis.

Indita sed pietas, animoque recognita virtus  
Et patrii mores, sobrii prudentia cordis  
Inuictaeque manus capiti imposuere coronam.  
Tandem ibi tantis actis, quae neque Musa Ma-  
ronis,

290

E 5

Nec

Nec Graius rediens Musis comitatus Homerus,  
 Scribere sufficeret, Granenses itur ad arces.  
 Miratur Mogonus \* gemuit sub pondere molem  
 Nauantum, premitur tanquam ad conuiuia  
 Rhenus,

Qualis in Eois victor dum praelia Pompeus  
 Confecit rediens Romam spectare triumphos.  
 It comitatus equis per mille sequentia Martis  
 Capta Ducum capita, curru sedet ipse corusco  
 Tot spectare Duces, simul et spectarier illis  
 Qui comitantur eum, Iouis ad capitolia vec-  
 tus.

300

Haud aliter comitatur ouans Germania Regem  
 Per virides Mogoni ripas Rhenique bicornis  
 Ad sacra Granensis fumantia moenia thermis.  
 Caesaribus primum lectis vbi rite solebant  
 Imperii diadema sacri, fulcimina regni  
 Relligione patres primam tribuisse coronam.  
 Ergo vbi Granensis ventum est ad moenia, pa-  
 tres

Structis aereis iterum per templa palestris  
 Vngunt Imperii Regem statuuntque perennem.  
 Magnaque tam pauco prodibant tempore fac-  
 ta

310

Quae si contendam tenui memorasse Camoena,  
 Ante pererratis obliquo culmine coeli  
 Sodiaci, signis bis tingat cornua Phoebae  
 Ast ibi compositis rebus cunctisque peractis,

Rex

\* Rege Romanorum Maximiliano primum Francfor-  
 diae electo proficiscitur cum eo Princeps ad aquisgrauum,  
 vbi consecratque pro more regio,

Rex adiit Cimbroſ et tortoſ crine Sicambroſ.  
 Et piuſ Albertuſ paribuſ de more ſolutiſ  
 Feſſuſ adit patriam poſt martia tanta, reuiſenſ  
 Pignora chara ſui vxorem dulceſque penateſ.  
 Principe digna vxor thoreo caſtiſſima more  
 Zedena, \* Saxonum ſpecimen gemma et decuſ  
 orbis, 320

Regia progenie tituliſ veneranda mariti,  
 Maior Lucretia, maior Policaſtide, quamuiſ  
 Biſbinis luſtriſ errantem expectet Vlyſſem;  
 Maior et inceptum patribuſ frendentibuſ olim  
 Crinibuſ effuſiſ bellum dirimente Sabina;  
 Et lachrimis Corilana mouenſ a moenibuſ ar-  
 ma,  
 Cumque triumphanteſ ſpectaſſet Roma Falis-  
 coſ,  
 Conſona Bethulicis quae moenia ſeruat, Iudith  
 Quaeque Amon tumidum pro crimine ſuſtulit  
 Heſter.

Et ſi quos noua vel veterum monumenta viro-  
 rum 330  
 Laudibuſ ingenuiſ fama ſuper aethera tollunt.  
 Faſtuſ abeſt, haud vlla placent redimicula cul-  
 tae;  
 Sermo vaſer, riſuſque tenax, neglecta venuſtaſ;  
 Veſtibuſ ima tegenſ humiliſque per atria gres-  
 ſuſ  
 Apparat, et tenui paſcit ſolamine corpus. ☀  
 Larga nimis miſeris pia cultrix relligioniſ. ☀  
 Nam primum vt linquit rutilanſ aurora cubile  
 Et

\* Laudes Zedenae Duciffae Saxoniae.

Et nec dum radiis sol fuscatur sidera coeli,  
 Templata subit, rogitat supplex cunctasque per  
 aras

Excubias agitat, genitrix ut Diua Mariae 340  
 Nec prius absistit, solitis excedere templis,  
 Atque Deos superos querula cum voce precari,  
 Quam medium coeli sol scandens igneus or-  
 bem

Praetenerum corpus iubeat compescere pastu.  
 At cum exempta fames epulis mensaeque re-  
 motae,

Otia nulla tenet nisi sint commixta labori.  
 Doctor enim tantos semper quaesitus in usus  
 Accubat, erudiens, quid Christi oracula pan-  
 gant,

Excipit ipsa grauis recubans attentata Theosis  
 Dogmata, nec quenquam patitur monumenta  
 priorum 350

Cedere, quin similes meditetur ferre labores  
 Et verbis mandata Dei factisque parare.  
 Helizabet quondam celebrat Doringia sanctam,  
 Et merito, sua namque nitet super aethera vir-  
 tus.

Zedena si perges, tu nunc eris altera ab illa.  
 At Venus alma Duci Lunenburgensique \* marito  
 Altera iungatur Ernesti filia, poscit  
 Quam prius ad Dacos it cum Christina per ae-  
 quor

luno  
 \* Ducissam Lunenburgensem Ernesti Saxoniae Ducis  
 filiam Dux Albertus nuptum perfert.



Iuno Hymenee tibi spondet, propriamque di-  
cauit,

Qui thalamos ornet tantos, taedasque iuga-  
les, 360

Quaeritur Illustris, sed nec Dux agmine tanto  
Quisquis adest melior, pulsantur Principis au-  
res

Alberti, patruus neptim vehat ipse ducalem  
Luneburgensis consistere Principis arce.

Haud Veneris negat illa faces, pactosque hyme-  
neos,

Concomitatur ouans intra vrbis moenia Cellae.  
Cimbrica Pannonicis voluebat iungere bellis,  
Continuoque Duci vates statuisset trophea  
Interea; ast alio nusquam transferre Camoe-  
nas.

Sed clarius subito reflectens plectra capi-  
stro 370

Heus, inquit, reuocare Duces conata vetustos,  
Viuida quos olim traduxit in aethera virtus,  
Musa refer, \* cur crassa sequens obliuia rerum  
Tempore Deucalion lapides dum sparsit in au-  
ras

Prima virum clementa, sinus modo linguis aui-  
tos

Saxonici heroas penetrantes aethera factis  
Mifenos proceres inuictos, Marte superbos  
Martia perpetuo monstrantes signa Doringos?  
An forsân potuit tibi nil per tanta videri

Impro-

\* Origo Ducum Saxoniae,

Improba barbaricae collapsum tempora gen-  
tis, 380

Vis famaeque virum nisi quae momenta reli-  
quit

Caesar, et ad nostros retulit memoranda nepo-  
tes

Praelia tergeminis inflictaque vulnera Gallis,  
Tarpeio victos Alemannos Marte Tyrannos  
Direptasque vrbes, summotas sedibus arces  
Theutonicae molis, rapido quam flumine Rhe-  
nus.

Ast Arar Heluetius, nemori vicina Baceni  
Horrendo monstris, sinuoso littora lambunt  
Assentire licet, nostras si Caesar in oras,  
(Qua riget aeternum stillantibus Vrsa Cori-  
fis 390

Et sua fumantes versurus plaustra Boetes  
Axibus infixos nequaquam calcitret harmos)  
Romula Sarmaticas superantibus agmina signis  
Barbara traduxit refides per climata gentes.  
Struxit hyperboreis celsas in montibus arces.  
Innumerasque vrbes nostris superedidit aruis,  
Et loca perpetuum referentia nomen Iuli.  
Qualia Lipsigenis memorant adiecta colonis  
Inburg auctoris nomen referente litura.  
Nec procul a Mersburg structas in collibus ar-  
ces, 400

Quas sacra religio diui sub nomine Petri  
Incolit, et proprias tibi nunc, benedicte, dicauit.  
Quaeque sub aequoreis habitatur Pomera stag-  
nis,

Vrbs

Vrbs Iulinensis septem subiecta trioni,  
 Victricem quae olim veneratur Caefaris ha-  
 ftam,

Hamonis Lunaecque arces, a Mayade dicta  
 Magburg, haudquaquam ex nitidis vocitata  
 puellis.

Et quae multa suis peruerit fontibus Albis,  
 Ortus in irriguo ruralis cespite Labgi,  
 Vndiferis circum per saxa fonantia limphis 410  
 Hauftis, in medios cerealia regna Bohemos  
 Irruit, absorbens vr bani nominis Egram  
 Flumen, anhelantemque ad Pragae moenia  
 Muldam,

Qua rediens cursus Pirnenses lentus ad arces  
 Tendit, nimbofisque auctis e faucibus vndis  
 Plana petit, longo Dresdenfi ponte subactus  
 (Flumina stringenti bis denis arcubus, ingens  
 Turribus aereis, et secti robore faxi  
 Marmora ferrato prensans extantia morfu  
 Latior vt tria sufficiat traducere plaustra 420  
 Iunctim mole sua, similem Germania nescit)  
 Cetzbera peruerrens, Misnenses alluit oras,  
 Te Mildam rapiens, et te Lipsensis Elifter,  
 Quique rigas Sorobos finuoso flumine Salam,  
 Noricius celerem cui praestat Pinifer ortum.  
 Et qua Saxonice pulcherrima moenia regnis  
 Ambient, et aequoreis se tandem mergit in vndis  
 Quaque fluens Odera, Strabonis carmine cla-  
 rus,

Marchica tergeminis permensus rura colonis

Bar-

Barbara Sauromatum Germanis dissecat ar-  
ua. 430

Haec ita sint, quanquam rebus testantibus ipsis  
Non potuisse tamen primorum sceptrā geren-  
tum

Nomina disquiri, annales negat orba vetustas,  
Et fera barbaries illustribus improba factis  
Obruit heroum letheis martia limphis.  
Hoc nisi, quod (veterum si quid monumenta vi-  
rorum

Commemorasse iuuat) Romano a sanguine cun-  
ctos,

Theutonicos prodiisse putant, quos praelia Ma-  
uors

Illustres docuit non amissura triumphos,  
Famaue belliferax refluos seruata per or-  
bes 440

Extulit, et latias iusfit celebrare Camoenas.  
Qualia Riphaeis Scithicisque in montibus ortis  
Illicibus suspensa mouent compressa rigore  
Per glacies durasque hiemes sua robora densis  
Aera contemnunt, nec latis frondibus errant,  
Phoebus fiderea dum campos lampade terras  
Lustrat, et humenti Venus irrigat arua tepore.  
Tum primum late rigidos rediuiua trifurcant  
Aequantes ramos conuexos culmina coelos.  
Haud secus Almanae torpebant robora gen-  
tis, 450

Quis neque mos neque cultus erat, quin decolor  
aetas

Et belli rabies, regem maiora potentem

Fece-

Fecerat, et manibus parto confidere regno,  
Ambitio donec lucrique immensa cupido  
Extera Romanis suadent disquirere regna  
Et primum Caesar superatis Alpibus ingens  
Theutona diuersis gustauit signa periclis,  
Atque Direneum ternis legionibus orsus  
Montem adit occiduis committens praelia Gal-  
lis.

Menapiis primum aggressis victisque Sicam-  
bris, 460

Strauit et Vsiptes, et tutos aequore cautos  
Bitturiges, et te Francis, vicine, Tolingum  
Vastat, et Europae breuiter quos continet or-  
bis.

Paruae molis erat Morinos deuincere Gallos,  
Cimbros, Bactauos, diuisosque orbe Britannos,  
Sed fera Theutonico spumantes ora furore  
Germanos superis refides in finibus altos,  
Almanos inquam, qui testamenta premebant,  
Hesperius scribat miles mittendus ad orcum.  
Hoc opus, hic labor est, paucos quos flumina  
Rheni 470

Heluetios et Vangiones crudelia colla  
Per glacies concreta suas, submittere cogunt  
Incautos superat, quis Cottam praeficit, inde  
Noricios superare parans Boiaria regna  
Vastat, et Hircinis circum sonat acer in armis.  
Sed non Augusto potuit submittere Sueuos  
Imperio, dedit his Galbam pietate refrenans  
Lentulus interea conuoluens aequore Dacos,  
Dacorum sobolem rapido submouit ab Histro,  
F Tur.

Turgida Sauromatum compresfit colla, Mora-  
uos 480

Romani aquilas subicit data signa sequantur.  
Impiger at Caesar Saxones Marte laceffens,  
Oceanus rapidis late qua perfluit vndis,  
Vicit, et in leges cogit sentire Quirinas.  
Aduolat hinc toto diuifis orbe Britannis,  
Quos superans redit Aufoniam, quo Pharfala  
bella

Conficit, et trucibus tandem confoffus amicis  
Transtulit aeternum moriens in sidera nomen.  
Hinc domus Enfiferos cepit Saxona per aeuum  
Imperio peperiffe Duces clementa Quiri-  
no. 490

Hinc decus occiduis, titulo nunc nota Britannis  
Theutonicique foli germen Misena propago;  
Et rutilo quae fcepra domus fouet alta leone  
Lantgrauia proceres illustrans fede Doringos,  
Prodit in immenfum, nullis virtute fecunda  
Sedibus ingenuis, aut quas dignantur honore  
Martia Semidei meritas ex hofte trophaea  
Claraue conspicuas transfert fuper aethera vir-  
tus.

Hinc tantos prodiffe putes, tot bella fecutos  
Tot fama illuftres, mauortia facta, trium-  
phos 500

Hostibus ereptos, qua fol conuexa pererrans  
Signa poli, varioque mouens errore planetas  
Temperat occiduos ventofaque ftagna Boetis.  
Hinc qui Caesaribus vel iniquo Marte tyrannis  
Aduerfantur, erant, in reges ftingere ferrum  
Au.

Aufi, et pacatis bellum propellere regnis.  
 Ille hinc Witthingus nusquam bellis superatus.  
 Qui Carolum solus terrentem fulmine mun-  
 dum

Mifenos populantem agros, qua piscifer Albis  
 Nostras Saxonico commiscet gurgite ripas, 510  
 Excipit, et flauos reflexit turbine Francos.  
 Nec prius aduersos, quamuis traherentur in an-  
 nos

Praelia terdenos, potuit compascier armis,  
 Theutonico quam iacta manu Misenia tela  
 Signaque Saxonibus totiens sua victa perosi  
 Sponte ferant paces foedusque precantur amici.  
 Sarmata Adelbertus disiectans agmina regnis,  
 Marchio Lusaciis venit hinc, qui bella Silesis  
 Strenuus ampla tulit, cui marchio nomine eo-  
 dem

Filius in rigidi concessit scepra parentis 520  
 Hinc Theodoricus patriis virtutibus acer  
 Bella per Albinos traduxit plurima campos  
 Ingenioque manuque potens, cui martius heros  
 Succedens Dedon, consperfit sanguine Salam.  
 Hinc Theodoricus validis qui millibus hostes  
 Strauit, et horrenda compressit strage Bohe-  
 mos.

Hinc Henricus adest Misnensis gloria terrae  
 Magnanimus fortisque potens pietate vel ar-  
 mis.

Nec vos o iuuenes, fortissima pectora linquam  
 Albertus, Dedon, Tymonque acerrimus Ot-  
 to.

F 2

530  
 Ve-

Vestra etenim gelidum clanxerunt arma per  
arcton.

Te quoque martigenum, Ticzmanne, inuicte  
nepotum,

Spes Deus et robur toto memoratus in orbe  
Marchio belliferax; Martisque furore corus-  
cus,

Vis superum Liptzick caesus florente iuuenta.  
Sed quid ego longam seriem, transactaque retro  
Arma Duces memora, vel fatis abdita lustro.  
Ensifer Imperii Fridericus adest, age quantum,  
Relligione pius Princeps, quam martiger heros  
Qui prius in patrias iuuenis quam cresceret ar-  
tes,

540

Praelio Turingos traxit per plurima campos.  
Post nimis audaces Misena ad regna Boemos  
Concomitare, truces contorsit caede Sueuos.  
Plurima martigenis commiscens bella Boemis  
Christifer, alterutro maculauit sanguine Mul-  
dam,

Leua penes Aufecum furiali fraude suorum  
Hostibus obiectus, roseo conspersa cruore  
Flumina contraxit muros tinctura Pragenses.  
Aufus tergeminos trina orbis parte furentes  
Martes excipere; atque vnus restringere cunc-  
tos.

550

Testis adest amplis trepidans Franconia terris  
Quosque insperatos notis e finibus hostes  
Marchia conferuit sua Lipczick vincula passos.  
Ternus habet nomen grauis est sed viuus Achil-  
les

Ille



Ille bonas artes Pragensi nuper ab vrbe  
 Abstulit, et placidae Lipsi commisit habendas.  
 Proximus huic natus succedit nomine patris  
 Qui pietate grauis patrias excelluit artes,  
 Inuictus crebro superauit Marte Boemos.  
 Terque triumphatis exorsus praelia cam-  
 pis 560

Traxit in arma ferox populos, qua parte Sueui  
 Albinos resonantibus turbantur murmuribus fluctus.  
 Hinc gemini heroes, concordis pectore fratres.  
 Ensis Ernestus, fama super aethera notus  
 Albertus, Martem toto veneratus in orbe,  
 Quem virtute pius, rigidumque sonantibus ar-  
 mis

Clarior aethereo rutilat dum Lucifer axe.  
 Phoebus et occiduus liquidas se merget in vna  
 das,

Dumque homines tellus, pisces mare, sidera  
 coelum,  
 Reddet, mundus ovans alium cantabit Achil-  
 lem. 570

*Incipit Bellum, quod Illustris Dux Saxoniae Prin-  
 ceptus Albertus Theutonicus Achilles in Gallia,  
 Inferiorique Germania gessit Anno Christi  
 1490.*

Arma ferens acuenda suis gradibus ab oris  
 Mars redit, interea stigmata Plutona rogatu  
 Horrisonam Alecto furiarum a sede sororum  
 Tartareisque ciet tenebris, cui martia curae,

Praeliaque, insidiae, furor et tremor horrida  
genti.

Quam rigida visam mox Mars cum voce salu-  
tat:

Noctigenum virgo stigia de sede fororum,  
Virgo, quae potes vnanimis in martia fratres  
Armare, atque odiis superos incendere reges  
Squalida nonne vides nimium mea membra  
quiete

580

Arma perire situ, rodi rubigine ferrum.

Da mihi tergemini redeant in praelia Galli,  
Oblitique suum rapiant in vincula Regem.

Battauus arma velit, coeat cum Theutone  
Cimber,

Infera cum superis merces, Germania bassa

In superum frendat, graduum vno ore sequan-  
tur.

Annuat Alecto, namque haec sibi praelia cordi  
Semper erant, igitur gaudens furialia membra  
Condita, quo facili poterit sua coepta parare,  
Exuit, et toruam faciem mutat veneranda 590  
Grandaeui herois, Brugae superaduolat vrbi,  
Stipatisque viris mentita voce locuta  
Brugae; quis tibi tandem finis erit tolerandi,  
Nonne vides superos tota dominarier vrbe,  
Et tua Theutonicos transcribere scepra colo-  
nos?

Rex sibi quot dederis nullos partitur in vsus  
Multa rogat, sed nulla tenet, aes deperit omne  
Haud bibulis aliter quam limpha infusa fauillis  
Aut quae puniceis sorbentur flumina saxis.

Quid

Quid restat nisi Theutonicis exhauste colo-  
nls 600

Civis, inops, lugens, Brugarum moenia cernes,  
Capta prius, refluos quam sol exegerit orbis.

Quin etiam accendit vicinas quatuor vrbes.

Facta infecta canens, virus super ingerit atrum

Quo regem infensum faciat per Cimbrica regna.

Talibus incensi monitis actique furore

Haud mora, Brugeses Regem intra tecta voca-  
tum

Pollicitis variis simul et praediute nummo,

Excipiunt primum placide, hinc fora rauca sub-  
intran,

Cingunt obicibus plateas, rex strictior ae-  
des 610

Exagitur eat, sed nullus tangere Christum

Temptat, quanquam alios rapiant in vincula  
claros

Missos Gandavis per faxea lora tenendos.

Postquam visa satis mouisse in praelia Cimbro

Brabandos, Heduos, Morinos, cautosque Bat-  
anos,

Hannones, Bituros, Allobrogesque, Tubantes

Efferat, occiduo distantes axe Britannos.

Et quae stagnanti merguntur nescia Ponto

Saeuat, petit, nec te stiga praeterit vltima Thyle

Nauita, quin etiam recifcat Celtiber, atque 620

Anglicus, in celsa pappi per transtra residens,

Clamat: Io, reges audite vbicunque latini,

Vester Rex capitur, rutilent fax ignis et ira,

Alecto Oceani hinc sinuosa per aequora nauans

F 4

Ad

Ad superos proceres rapidique ad moenia Rhe-  
ni

Concitat Vsipetes, Grunes, tortosque Sicam-  
bros,

Horrendum stridens implet clangoribus auras:  
Praeful Agrippensis veniat, Dux Hassonis asfit,  
Mogoniusque pater, Treuir nec Dux Palatinus,  
Marchio quique tenet praecelsae moenia Ba-  
dae,

630

Desint, quin totus migret cum Francone Menus,  
Alsaticus Coridon, nec silua Hircinia desit.

Hinc etiam in Sueuos simulato numine regis  
Euolat, et querula tectis ex voce remugit:

Rex ego vester eram quondam, modo vincula  
Brugae

Iniecerem mihi, confurge inuicte Sueue,  
Eia age, rumpe moras, stringat tua lancea Cim-  
bros,

Vindelicos, Rhetosque, ducali sanguine Boios.  
Ast Athesim verrens, gelidis Dea dira sub Au-  
stris

Constitit, et nitidae sua pandens iussa Vien-  
nae

640

Pro plumis virus, pro crinibus eiicit angues;  
Quo furibunda domos, in quas illata fuissent,  
Concitet, et Cimbris totum permisceat Hi-  
strum.

Caesaris inde ruens alta in penetralia, Regem  
Vincla pati praedura refert, citus ac nisi nato  
Succedat miserans, dubio sit vita periclo.  
Remigio celeri gelidum reflexa subarcton

Per

Per Schlesiae scopulos, per saxa Bohemica tra-  
nans

Marchia rura petit, Saxonum concitat oras,  
Duringos agitans: tandem Misena per arua 650  
Horrendum stridens Dresdensi sistit in arce,  
Quam penitus stigio perterrens effera luctu  
Dira gemit, mox torua fremit, mirabile dictu,  
Quam breuibus varias voces imitetur in horis.  
Noctiuaga vt queritur furiali carmine bubo,  
Acta fame, aut cum moesta rigentes ingemit ar-  
tus

Aut super instantis pronunciat omina luctus;  
Giratur esuriens mergus stagnantia circum  
Pisces scopulos limosaeque rura paludes.  
Haud aliter circum Dresdensia moenia lu-  
strat 660

Ales, tanquam alio nusquam mandata referret.  
Quin etiam Albertum visa est ex nocte vocare,  
Ipse fores Martis referet, concludat vt ipse,  
Bella per occiduos tulerit cum plurima Gallos.  
At pius Albertus furialibus excitus ausis  
Corripit e strato corpus, mox voce per auras  
Maturare iubet, phaleras et frena caballis  
Aptare, externas iterum rediturus in oras  
Mauortemque sequi, nam quid sibi nuntia pos-  
cant,  
Haud ignarus, ait, Cimber noua bella mina-  
tur. 670

Romanas aquilas stigiis Romanaque signa  
Nuntius insinuat, per magna pericula ferri.

F §

At

At simul haec dicens celeres conscendit in ar-  
mos,

Doringos verrens, mox Haslica traicit arua,  
At nedum Princeps Spangburgi moenia liquit,  
Nuntiat e Brugis nitidis Cillenius alis  
E monitu Papae perculosos vincula Regi  
Soluere Brugeses, annixu Cameracensis.

Nec minus interea Caesar \* per Regna vagatus  
Traxit in arma viros gelido quos arctius orbe  
Vulgus ait mixtum, Heluetiosque trucesque  
Sueuos

Etiam Gandavos complexus milite campos  
Theutonico, trucibus replebat rura cateruis.  
Namque etiam occidui glomeratum finibus or-  
bis

Imperii vulgus, quod non nisi fama vocavit,  
Venerat accinctum Marti, tanta orsa iuuare.  
Ut Carolum contra Nusinos littore Rheni  
Imperiique alias conantem subdere gentes.  
Agmina certarunt inimicis Theutona signis  
Caesareos comitata Duces, qua frigidus Ister 690  
Alluit inuerso populos sub fidere plaustri.  
Haud aliter toto cumulantur climate mundi  
In Flandros proceres, sequitur quos Theutonus  
orbis.

Cum primum rauco Regem clangore tubarum  
Saxonicos \*\* venisse equites, praestantia Martis  
Arma

\* Caesar coacto exercitu Flandriam intrat.

\*\* Venit interea Albertus, quem primo ut audiit Rex  
Romanorum iam vinculis ereptus obuius praec omnibus  
eundem letus excipit.

Arma Doringorum, Misenaerobora gentis,  
Albertumque Ducem, sibi quo non charior alter,  
Fama monet, magno Rex quamuis obfide pri-  
mum

Vincula rupisset, patriisque cubaret in vlnis  
Laetior, ac Ducibus medius teneatur auitis, 700  
Haud minus exiluit, subitosque ex agmine gres-  
sus

Dirigit, Albertum compellans vocibus vltro:  
Venisti tandem, Princeps Saxonice, regni  
Martiger Alberte Dux, spes mihi, nostra salus-  
que,

Me ne furens potuit tantis iactare periclis  
Vis sine te fati? quotiens tua Iupiter alme  
Confilia optavi? quotiens victricibus armis  
Me caruisse tuis sensi? dum perfida Brugis  
Fraudibus exceptum scelerata in vincula traxit:  
Iamiam nulla mora est, Cimber \* dabis improbe  
poenas. 710

Postera lux gelidos nondum tepescerat axes.  
Urbs iacet Hulstensis Brugarum moenia iuxta,  
Quam sibi praesidio bellis rebusque gerendis  
Cimber praestituit, sed eo quingenta locavit  
Roboris Almani Rex, Hulsten fida reseruent  
Moenia, neu nostra possint ditione moueri.  
Illius optatu iam Regem Brugis adorta  
Compulit, obsidibus sua linquant moenia Cim-  
bris,

Scribat, et Hulstensi moueat diuertere Sueuos:

Ni

\* Strages Hulstensis,

Ni faciat, populi furiat vis magna per vr-  
bem, 720

Quae trucibus turbata viris illudere Regi  
Possit, et ingenuos forsan distringere captos.  
Nam nimium vicina suis nocitura parandis  
Olfaciunt, tantae hinc prodire pericula stragis.  
Quae rutilo post hac macularent sanguine ciues.  
Rex primum intrepidus solet vt praestantibus  
ausis

Iusibus aduersans, monitus causatur inanes  
Theutonicis fore, si propria temnatur in vrbe.  
Verum vbi nolentem per aperta pericula cogi  
Se videt, assensit monitis, quanquam omnia mal-  
let. 730

Et iam scripta manu signatur littera Regis.  
Virgifer ex altis: Brugarum verba minasque  
Et Regem miserant aderat Cillenius oris,  
Quo melius mandata ferat, quo iussa recondat,  
Exiit aethereos vultus, mentitur amiles.  
Fit Nellae meretrix toti notissima Brugae,  
Intrepidus vbi nulli est tutum figere gressus  
Per medios ciues adit in penetralia Regis,  
Quin etiam mandata gerens Acherontis in vn-  
das

Inguina submergit, valeant neu quaestra pate-  
re. 740

Regia praesidiis pandit mandata per Hulsten,  
Scriptis neu credant manibusque Regis habe-  
rent

Esse extorta metu, potius sua moenia Cimbris  
Post aduersa viris, nostris fidissima seruent

Haud



Haud secus ac iussi capta in statione residunt,  
 Quin melius quo fida florent, quo valla refer-  
 uent,

Copia per muros peditum fortita periculum  
 Excubat, exercetque vices, quae cuique tenen-  
 da.

Ast vbi se propria cernunt deludier arte,  
 Brugeses \* patuere doli, nec moenia lin-  
 qui, 750

Mox tuba raucigenum murmur procul aere so-  
 noro

Ingemuit, sequitur tonitus, clamorque virorum.  
 Namque ruunt lecti pro Flandris millia quinque  
 Cimbrini populi, Gandavi nominis omnes  
 Et glomerant facta pariter testudine cuncti  
 Hulstenses muros Hulstenaque moenia circum  
 Et fossas superare parant, et scindere valla  
 Pars aditum quaerunt, et scalis scandere muros.  
 Qua nuda est acies peditum custode relicta.

Impiger at Suevus telorum effundere con-  
 tra 760

Omne genus celerat, longis detendere lanceis  
 Assueti, rigido muros defendere bello,  
 Hic ferit, ille tegit, raucus tonat aethere clangor,  
 Arma virum resonant telisque minantia tela.  
 Dum nox atri ferax coeptus miserata propheta-  
 nos

Immissis tenebris freudentia bella diremit,  
 Ecce autem solita, qua se statione tueri.

Cim-

\* Brugeses et Gandavi adoriuntur hulstense oppidum  
 frustra.

Cimber \* eques fudit post proelia tanta reli-  
dens

Aggeribus castris vigilantibus milite septus.

Theutonicus fertur per amica silentia Lu-  
nae

770

Miles, qui Cimbro vino somnoque sepultos

Comperit, ad socios vestigia nota refingens.

Euocat Hulstensi liquit quos vrbe Sueuos

Remque aperit, quid agant hostes, per castra re-  
uelat,

Signa aptent taciti, duce se per tuta sequantur.

Nox ea non dubitet praesenti numine diuum,

Pinguibus exuuiis ingenti caede peracta

Victores referet spoliis famaque superbos.

Haud secus, ac iussi faciunt, coecisque feruntur

Passibus, in multam data noctem signa secu-  
ti

780

Castra inimica petunt lustrant tentoria cir-  
cum,

Corpora vbi aspiciunt passim prostrata per her-  
bas

Inferiis imolant somnoque silentibus armis

Ad trepidos posthac vigilantes et valla profecti.

Vt ruit in medios demittunt quemlibet orco,

Nec cuiquam parcunt, nostri data signa sequun-  
tur

Neu coeci socios congressi vulnere Martis

Confodiant, rigidum densant per pectora fer-  
rum

Flandrorum, gelida vulgus formidine raptum

Occi-

\* Hulstenses excursionem faciunt.

Occipitur, pedibusue volans latet abditus ar-  
uis. 790

Vt Gedeona ferunt facibus quasque lagenis  
(Cum Deus Asirios reuocaret ab hoste trium-  
phos)

Trecentis tantum, innumeros superasse colo-  
nos:

Sic ibi quingenti quinque plus millibus orsi  
Ferro confodiunt captosue in vincula tor-  
quent.

Tanta tribus geritur strages haud amplius horis  
Nocte intempesta, nostri post praelia laeti  
Mox redeunt Hulsten, deerant ex funere pauci,  
Facta viris referunt, cuncti gratantur ouantes  
Fessaque iucundae tradunt sua membra quie-  
ti. 800

Atque ea per Cimbro furido dum Marte gerun-  
tur,

Polliciti Dea facta potens, vbi sanguine Cimbro  
Perculit, et rutilo consperfit vulnere Gallos,  
Deferit indigenas, coelum conuecta per altum,  
Mauortem Allecto conuenit voce superba:  
En lapsare tuum possis confecimus ensem.  
Cos tibi Cimber adest, purgat rubigine ferrum  
Albertus, reliquum ne squallida membra quera-  
re.

En ego Theuthonicos consperfi sanguine Cim-  
bro,

Interea cum superis miscens in praelia traxi, 810  
Quodsi et adhuc tantis tua ferra senescere coep-  
tis

Age.

Agemis, Almanos nec fuffit in arma ciere.  
Hesperios populos, cunctosque ad praelia Fran-  
COS

Accendam, tanti parua est iactura laboris.  
Cum contra Mauors grates pro talibus, inquit,  
Stant belli caufae, pugnat cum Theutone Cim-  
ber

Ferra arma enfes, exacuam, Dea virgo parasti,  
Optima quin fatis est tua inspectata voluntas.  
Ipse ego cetera agam, du Ditis regna reuifes.  
Vix ea fatus erat, rapido petit agmina curfu 820  
Theutona, bellipotens, enfes acuendaque ferra  
Spicula, Phoracem monstrans ferrataque crura  
Extulit, et fua castra videns, fua facra parari  
Incesfit gaudens mediusque per agmina frendit,  
Huc atque huc verfans oculos, tentoria lustrat  
Et quamuis totus glomeretur principe campus  
Theutonico strictisque cubaret Caesar in armis,  
Brugenfes muros Gandauaque moenia circum  
Plusquam terdenis cinxiffet millibus arua.  
E Ducibus cunctis mediis ex millibus vnum 830  
Mars petit Albertum, propria cum voce falu-  
tans:

Belliferax gelidos Princeps mihi note per Au-  
ftros

Saxifragis Stiriis, tumidisque probate sub Hunis  
Et quae plura tuis confeci praelia regnis.  
Clauditur en Iani mea magna potentia templis  
Stant gemini belli vectes, aeternaque ferri  
Robora, quae cupidum prohibent procedere  
Martem.

Heus

Heus age diffiliant summoque a cardine postes  
 Stringe ruant, foribus fac fiat panda vorago  
 Omnibus vt pariter praestetur copia, Mar-  
 tem 840

Concomitare Ducem strictasque educere tur-  
 mas

Cimbrorum in patriam, qua tu mihi sacra pe-  
 rennes

Atque aras statues, duce me, super aethera tan-  
 dem

Clarus eas, nitidum nactus per saecula nomen.

At Princeps licet assuetis nil irritus orsis

Contra infit, gradiue pater, Iouis enfifer almi.

Haud ego sum tanto vsquam me dignatus ho-  
 nore,

Sacra parare tibi, praesto est Almana potestas,

Caesar, Rex, orbisque Duces, regnique poten-  
 tes,

Delige, quem mauis, rogito me fiste moue-  
 re, 850

Neque etenim venio paces distringere ferro,

Pax mea semper erat, iuuenis sum bella perosus

Irrita, sed moestis placuit succurrere rebus.

Templa Duces referent alii quos soluere fas est,

Me fidum comitem Rex cernet, Theutonus or-  
 bis,

Pacis amore trahet per cuncta pericula promp-  
 tum.

At simul his dictis, retro vestigia torquens

Abstiniuit tactu Albertus, versusque refugit.

Audiit hos motus stygia de sede sororum

G

Alec-

Alecto, at metuens, mora ne qua illapsa noceret,  
860

Corriperetue fidem Marti, quam praestitit ante  
Continuo ipsa manu portas, et cardine verso  
Belliferratos rupit Plutonica postes.

Cum vero innumerum tanquam ad solennia  
Mauors

Vinclis ereptus, Flandris distenditur aruis.  
Dux datur Albertus, Saxonum ex sanguine Prin-  
ceps.

Theutonicus gestit miles, Germana iuuentus,  
Sueuorum pedites, et Franco lancifer ingens,  
Misenique equites, Saxonum turba, phalanges,  
Et quas plura suo misere a climate Boii, 870  
Principe Cimbrorum sub tanto stringere frau-  
des.

Vlcisci tantum facinus Gallique nefasta  
Vt primum in segetes crepitans humentia cir-  
cum

Lentior ignis abit, mox arida culmina prensans  
Effurit, et patulis erumpens flamma caminis  
Succendit tabulas, tandemque ad tegmina per-  
nox

Vulcanus superans, subtexat sidera flammis.  
Haud aliter Princeps varia in statione reponit  
Huc atque huc equites, Flandrorum climata cir-  
cum

Aequora concludit, via passim milite no-  
stro 880

Stipatur, quicquam neu mitti in moenia possit.  
Hostilis Flandros quos non contagio vel fraus  
Tra-

Traxit praecipites, dubia sed parte reliquit  
 Occupat, ac fida premit in ditione manere  
 E nostris ternas Brugarum moenia iuxta  
 Gandauamque urbem iussit consistere turmas.  
 Frendere neu ferro tentent, aut rumpere clau-  
 stra,

Vritur interea, vastatur, prenditur, vrbes,  
 Villae sternuntur longe lateque repostae.  
 Quassantur segetes, fata laeta, boumque labo-  
 res 890

Nec minus interea \* Gandavi in castra profecti  
 Induperatorem appellant, mox foedera pacis  
 Conditione suis faxit placita, faciat ni  
 Haud vlla populum possint ratione tenere,  
 Quin captos nuper Brugensi ab vrbe remissos  
 Cogant tormentis, aut tristi funere mersent.  
 At Caesar trucibus quanquam perterritus ausis,  
 Cuncta timenda putet Regis iam cautior actis  
 Tanta tamen sine poenis ignouisse solutis  
 Posse negat, cedunt tristes vultuque minaci 900  
 Ciues, magna profecto ausi, nisi magna time-  
 rent.

Pallida bis facibus complerat cornua Phoebæ,  
 Cogitur Imperii Caesar \*\* succedere rebus,

G 2

Accer.

\* Gandavi dum agri populantur, et vastantur, villae et  
 municipia, in Castra Caesaris veniunt pacem orantes, quam  
 nisi dedat, mortem minantur eis, qui nuper in Bruga capti  
 ad eos ducebantur.

\*\* Caesar reuocatus in patrias oras Duci Alberto ab-  
 iens Regem remque bellicam committit.

Accersit Regem, Albertumque Ducem, et simul  
infit:

Nate, meae vires, in tanta pericula lapsos,  
Sors vel fata velint, aut horum maximus auctor,  
Scis, quibus in rebus quantisque furoribus (atrox  
Dum totiens voluit nobis fortuna iocari)

Vtimur Alberto, quam nostro affectus amore  
Bella per Vngaricas traduxit plurima tur-  
mas, 910

Siue sub Eno, siue Stiris, rapidoque sub Histro  
Narrem, quanta fui possum memorare trophaei,  
Nunc si me cupias tantis exsoluere curis,  
Quo patriae rebus melius succurrere possim  
Hosce sequare Ducis monitus, ac illius arma  
Virtutemque viri, sua credas dextera Cimbris  
Te eximet, et victorem in maxima praemia si-  
stet.

Tu quoque bellipotens Princeps, cui regia cordi  
Imperiique acies, aquilae Romanaeque signa,  
Quem Deus omnipotens fessus succedere re-  
bus 920

Condedit, et tantis voluit prodesse periculis.  
(Dum tibi larga niuis profudit munera monte  
Equibus argentum fodias aurique mineras  
Stannum, ferra, simul chalybem, omnigenum-  
que metallum

Theutonus vt superes cunctos, quos continet  
orbis)

Nunc tibi commendo Regem, Regisque Philip-  
pum

Pignora chara mei, Princeps fidissime Regni,

Am.



Amborum vna falus ex te sperare salutem.  
 Et simul haec dicens currus conscendit auitos  
 Per medios tranans Cimbroſ partesque Sicam-  
 bras 930

Intra vrbes paucaſ in moenia pauca receptus,  
 Donec praerapidi contingeret oppida Rheni.  
 At pius Albertus, \* per noctem multa volutans  
 Hinc dubias gentes, hinc perfida moenia ſecum  
 Penſat, et officium graue Caefaris, hoſtibus ar-  
 ces

Cinctasque eſſe vrbes, nummos, fulcimina bel-  
 li,

Qualia nulla ſuis niſi Mars peperiffet, haberet.  
 Conſilium, rutilans vt primum aurora cubile  
 Liquerat, accerſit, cunctos ex ordine fidos  
 Nunc quid agat, quaerit, quae prima exordia  
 ſumat 940

In Cimbroſ, et quae ſit belli forma nouandi?  
 Proh ſcelus! in mediis fuerant periuria votis  
 Namque duae noſtra vrbes in ditione putatae,  
 Caefaris abſceſſu veſtigia priſca petentes  
 Produnt conſilium, et noſtris ſua moenia clau-  
 dunt.

Dux igitur ferro ambiguſ ſuccurrere rebus  
 Doctus, et ex manibus propriis ſperare ſalutem.  
 Eſt in ſeceſſu Brugis duo millia paſſus  
 Forte locus iuxta, vallo ſudibusque recinctus.  
 Huc tria Gandauſi ſtatuerunt millia, noſtros 950  
 Exagitant equites, ſua Cimbris moenia ſeruent.

G 3

Dux

\* Albertus oppidum vbi aliquot milia erant, iuxta  
 Gendt nocte capit.

Dux igitur monitus per amica silentia Lunae  
 Nocte ruens vna denis plus millibus, ante  
 Quam sol Brugeses lustrasset lampade Flandros  
 Dat circum fossas, pediti, qua valla subintrant,  
 Signa dedit, taciti scaldas ad culmina figant,  
 Haud secus ac iusfi celeres ad moenia Sueui  
 Exsuperant muros, vino fomnoque sepulta  
 Praefidia inueniunt, portis foribusque resectis  
 Immittunt equites, tubicen per tessera clan-  
 git,

960

Occidunt, sternunt, capiunt, fortuna labori  
 Aspirat primo, tantis vix millibus vnus  
 E Cimbris superat, qui cladis nuntius isset.  
 Quae postquam Flandris est caedes tanta suo-  
 rum

Cognita, tygris vt orba furit per inhospita lu-  
 strans

Amisos catulos, nec amicis obuia parcit.  
 Sic Brugis Gandusque furens per classica ciues  
 Militiae \* adscribunt trepidos mixtosque colo-  
 nos,

Innumerosque ciet Francos Rabestenus heros,  
 Dux auctorque doli, iuuat obuia tendere fig-  
 na

970

Romanis aquilis, Saxonum obsistere coeptis  
 Neu posthac Cimbro dux quisquam Saxo la-  
 cessat.

At Dux Saxonicus tantis interritus ausis  
 Occursare parat, numero quamuis superetur,  
 Militia melior, bellis nutritus auitis

Mise-

\* Acies bellicae alterutrum spectantes iuxta Prufell.

Mifenos equites, Cimbros qua parte furentes  
 Incurfus temerare timet, per cornua densat  
 Praestituitque locum Sueuis peditumque pha-  
 langis,

Quisque suas agitet partes ex ordine sanxit.  
 Itur in irriguum prope Prusell agmine cam-  
 pum, 980

Non procul a Vulfart, nam fines inter vtrosque  
 Hinc atque hinc acies sistunt vtrimque coruscae.  
 Amnis erat medius profundo flumine, turmas  
 Congressu tenui scindens, nisi ponte legendus.  
 Hunc iuxta Cimber nostris, si forte meassent  
 Nititur irruere, aut medius iam ponte relecto  
 Stringere praecipites fluuio et mersare perem-  
 tos

Credidit, hoc posse nostros absumier astu  
 Praecupidos, nulla belli ratione frementes.  
 At tantae haud ignarus Princeps agmina frau-  
 dis 990

Continuisse iubet, dubio nec credere ponti.  
 Nec tamen abstinuit noster quin flumina miles  
 Transeat, vt possit Cimbros in bella mouere.  
 Sed timidis frustra mittuntur spicula Flandris,  
 Quin vbi contextas cernunt procedere nus-  
 quam

Insidias, fraudesque dolos, et inania coepta:  
 Praelia detrectant et moenia nota subintrant  
 Expectata diu nostris nox bella diremit.  
 Postera lux gelidas nondum discreuerat um-  
 bras.

At Dux \* impatiens Cimbrorum ludier ar-  
 mis, 1000  
 Brusellae castris meditatur cingere muros  
 Vrbs populosa, potens armis, ac mercibus in-  
 gens,  
 Regia Principibus, sedesque antiqua Brabandis  
 Cinxissetque, nisi properaret adesse Batauis  
 Oceanum atque aliis quorum sunt moenia iux-  
 ta,  
 Quos dubiis rebus trepidos dubia orsa sequen-  
 tes,  
 Vertere terga timet, nostrasque excludere par-  
 tes  
 Haud minus hinc abiens in Vulfart moenia fidos  
 Misenos statuit, Flandros qui Marte fatigent  
 Obsideant campos, commercia mutua cas-  
 sent. 1010  
 Exiliunt cuncti certantque faceffere iussa  
 Hi rapiunt, hi rapta trahunt, hi moenia circum  
 Lustrant, allectis cuperent concurrere Flandris.  
 Festus Iachus erat, celebrabant pocula ciues.  
 At Mars impatiens pacis bellique negati,  
 Quo prius hortantes fugiebant turpiter hostes  
 Hos molles luxus, haec mollia festa Lyeo  
 Exprobrat, at ciues, inquit, libamina, Bache,  
 Luxuriosa parant, sacra quin mea strennua cer-  
 ne,

Quae

\* Princeps in Vulfart equites Misnenses, mixtosque pe-  
 dites locat, hi Brusellensibus vaccas abigunt, ciues sequa-  
 ces insidiis capti ducenti fere truncantur.

Quae parat in viridi per vulnera cespite mi-  
les 1020

At fateor tua sacra probo, Dionysius inquit,  
Hincque cruenta volo, ciues mea sacra faceffant.  
Tigridis infurgens armos per sidera tranans  
Mox Brusellensi nitidus superastitit vrbi  
Diuitis innixus tabulis, inopuinque profecuchis.  
Pocula miscebat scoria et rubigine trita  
Enfifer hoc docuit, celeres quo bella capeffant,  
Praelia larga bibunt, ferri bellique furorem.  
Iam rata spes aderat, iam cornua frontibus hae-  
rent,

Tum Brusellenses pecudes iam forfan abac-  
tas 1030

Agnouere, vocat in praelia Bachus inermes,  
Curritur e portis, pedibus furor addidit alas  
Certat abactores quiuis superare sequendo  
Nil monuisse iuuat, caueant superesse latebras.  
Disfimulant nostri, fugiunt, hinc arte resistunt  
Spectarique volunt, duro nec cedere ferro  
Sed manibus conferre manus, concurrere fig-  
nis

Sicque pedes referunt lenti, dum culmina iuxta  
Qua latuerè doli veniunt praedaeque virique.  
At postquam optato ciues in cespite cer-  
nunt 1040

Qua fuga nulla foret victis, tum colle latentes  
Proripiunt nostri, strictisque per agmina cultris  
Cimbrorum, sacra grata parant conuiuia Ba-  
cho.

G. 5 Hic

Hic perit, hic capitur, vinctos hos moenia Vul-  
fart

Nondum digesto presserunt nectare Cippis,  
Quisque suas patitur poenas pro nomine Bachi.  
Sed pecudes nostri mactant, pecorisque magi-  
stros

Aere leuant, hac strage ruunt plus crede ducen-  
tis.

Dux\* redit interea Mechlinam laetus in urbem,  
Urbs ea fida fuit fraudis nil conscia Cim-  
brae

1050

Solaque Flandrinos nunquam comitata furores.  
Venerat, huc superas Regem precibusque mi-  
nisque

Nuntius hortatus, patrias concedat in oras,  
Theutonicos nullo quosdam ratione furentes  
Nequaquam pacare queat, nisi regna subintret  
Imperii, et praefens regnum moderetur habe-  
nis.

Quicquam deterius quamuis obtingere posse  
Haud putet imperii totis rex finibus, altae  
Theutoniae, timeat, dubio quam climate Cim-  
bri

At mandata placet patris regnique roga-  
ta

1060

Abnuere haudquaquam potius secedere Flan-  
dris,

Ergo

\* Dux redit interea Mechlineum, cogitur Rex Roma-  
norum conscendere insuperos almanos, conuocatis ergo  
Gallis illustrem Albertum in vrbe Mechlini rerum et regni  
gubernatorem constituit,

Ergo vocat, quos bassa fouet Germania, Gal-  
los.

Menapios, Vbios, Cimbros, Caucosque, Bata-  
uos

Bitturiges, Frisos, Prabandos atque Selandos,  
Hannonum proceres Westflandros, inde Sicam-  
bros,

Vrbes quin breuiter cunctas sua scepra sequen-  
tes

Affore cunque videt proceres ciuesque colo-  
nos:

Regnicolae dulces, mihi dum mea regna mane-  
bant

Cernitis, inquit, agor praeceps quam fontibus  
armis,

Quorum ego magna magis defendi moenia bel-  
lis 1070

Aequora tuta dedi, commercia quassa refeci,  
Finibus eieci Francos, quorum arma secutus,  
Siue sub occiduos traherent, tumidosue sub  
Anglos,

Exitium in nostrum meditantur cuncta ciere  
Ast me (fax nil dii superi) meliora fouebunt.

Nunc ego quid posco, paucis aduertite, dicam:  
Egredior Cimbros superas compulsus in oras,

En statuo vestri dominum, qui vestra gubernet  
Saxonicum Albertum, nitidum super aethera  
bellis

Illustremque Ducem, nulli pietate secun-  
dum, 1080

Hic Rex vester erit, sua iussa capesite, mando,  
Di-

Dixit, et in lachrimas totus resolutus abortas  
 Albertum rogitat nato sua regna Philippo  
 Perdere neu linquat, reparet sed vindice bello.  
 Ut rutilus Phoebus liquidas illapsus in vndas,  
 Huc illuc radios per mille volumina girat,  
 Haud secus Albertus, rerum quem summa po-  
 testas,

Nunc commissa manet, summas in pectore cu-  
 ras

Verfat, et infomnes agitur producere noctes.  
 Namque timebat enim, si fors aduersa tulis-  
 set

1090

Ut male pugnasset, versus vel cederet hosti,  
 Cuncta inimica forent recipi nec moenibus vl-  
 lis.

Tam varius populi motus, vel iniqua voluptas,  
 Caesar in Oceano commiscens praelia Gallis,  
 Ternis laudatur quod sit legionibus orsus  
 Barbara Theutonicae victurus climata gentis.  
 Forte ducenta Ducis prodibant frena capistris  
 Delecti proceres, Misenaе robora gentis  
 Caetera Sueuus erat pedites, ignobile vulgus,  
 Cogitur his paucis Martem committere Cim-  
 bris

1100

Et recidiua suo restringere moenia Regi.  
 Interea magno crepitabat \* murmure tellus,

Flu-

\* Pedites pro stipendio sedecim milium florenorum re-  
 gis senatum capiunt, Albertus ex auri argentique vasis  
 suis monetam cadu iubet, soluantur pedites, liberatur  
 Episcopus Cameracensis senatusque regis.



Flumina forbentur, fit terris panda vorago  
 Ferrei Eumenidum thalami scinduntur, et inde  
 Alecto gelidis rediens infecta venenis  
 Insperatum exorsa nefas, exorsa furorem  
 Quippe mouet pedites, rapiant in vincla sena-  
 tum

Praemia persoluat quae Regi credita dudum  
 Mutua donassent, duodenis millibus vltra,  
 Cameracensem nec Dominum, Regisue sena-  
 tum 1110

Vincula, ni soluant, nunquam se rumpere, viuis,  
 Praeterea nusquam pedites post signa mouen-  
 dos

Dux nisi Saxonicus promittat praemia Sueuis,  
 Atque super moniti dissoluat mutua Regis.  
 His pedites dictis, tuta in statione residunt  
 Nec iussi properant, nec Cimbris pergere con-  
 tra,

Princeps insolitis peditum perterritus ausis  
 Heu quid agat, quo nunc furidos ambire Sueuos  
 Audeat affatu, et quae rerum exordia sumat.  
 Quippe prius nec se in maiora pericula lap-  
 sum 1120

Comperit, ast Cimbris aderant ex hostibus vl-  
 tro

Nostros pollicitis nixi diuertere Sueuos  
 Pendere magna velint, et Regis soluere pensas  
 Auerisque forent, aurique cupidine lapsi  
 Praestita perpetuo nisi iuramenta timerent.  
 Hoc metuens Princeps, Mechlinam misit in vr-  
 bem,

Mit-

87

Mittant praesidio ciues, Ducis orsa iuuare,  
 Namque senatorum nitatur rumpere vincla  
 Inuitis Sueuis, simul aduersantibus ipsis,  
 Et iam terna dies roseis afflarat habenis. 1130  
 Legati responsa ferunt ex vrbe remisisti,  
 Principis haud valuisse preces, namque arma  
 fuorum

Mollia tam trucibus nequeant committere Sue-  
 uis

Imbelles ciues pugnent imbellibus armis.  
 Hic primum Albertus, quem martia nulla tre-  
 mebant,

Sternitur exanimis Cimbris Sueuisque relictus  
 Excedens oculis, penetralia nota subintrat  
 Multa Deum gemitu supplex orauit amaro  
 Infomnes querulus traduxit ad irrita noctes.

Audiit hos motus miseri lamenta furoris 1140

Jupiter omnipotens, qui celsus sidera spectat,  
 Est Dea Romanis olim celebrata facellis  
 Cunctipotens, totum semper dominata per or-  
 bem,

Quam nostri nummum, prisca dixere mone-  
 tam.

Hanc itaque ex alto, qua suspicit aethera coelo,  
 Accersit miserans, gemitus lachrimosaeque ver-  
 ba:

Maxima coelicolum (dixit) Dea nota sub astris,  
 Quae mecum paribus mea semper regna guber-  
 nas,

Diuitias fuluo veteres quae congeris auro

Va-

Vade, age, rumpe moras, casus releuare su-  
pinos 1150

Principis Alberti precibus me iusta monentis  
Labem docta leues, moestos solare labores  
Grandia namque potes melius Ioue cuncta pa-  
rare.

Accelerat Dea iussa libens, secat aethera pennis  
Ausonias oras, Sicania regna subintrat,  
Accinctum atque operi Vulcanum voce salutat:  
Malciber ignipotens, paucis haec coepta repo-  
ne,

Linque truces incudes, et pia iussa sequare  
Scis, grandi Princeps in Cimbris mole laborat  
Saxonicus, trucibus soluat sua mutua Sue-  
uis 1160

Credita, Brugensi cum Rex euaderet vrbe,  
Nunc mea vota precor duras dimittere ad au-  
res,

Ista liques subitis fingantur et aera figuris,  
Exiliant nummi, rutilans et fulua moneta,  
Et Ducis ac celeres in moenia nota ferantur.  
At pateras monstrat, crateres, condita luxu  
Aurea vasa Ducis, longos seruata per annos,  
Quae prior rex superis Mechlini moenia tranans  
E thalamis traxit per noctem Principis atram.  
At pater ignipotens steropen nil iussa mora-  
tus 1170

Accelerare iubet, quin nudum membra Pyrag-  
mon

Te vocat, exustis voluentem ferra caminis.

Tol-

Tollite ferra, inquit, coeptosque auferte labores,

Saxonicus Princeps nostris haec aurea tectis  
 Vasa liquenda finit, diua id rogitante Moneta,  
 Nummos efficiam, rigidos quo soluere Sueuos  
 Dux valet, et tandem moestis excedere rebus.  
 Forcipibus rapidis omni nunc arte magistra  
 Praecipitate moras, nec plura effatus; at illi  
 Ocius incubuere omnes, pariterque labo-  
 rem

1180

Sortiti, fluit aes riuis, aurique metallum  
 Pars liquefacta, rogis teretes mox stringit in or-  
 bes

Pars specimen nummis figit, pars flexilis auri  
 Obtorquet giros inculpens signa lituris  
 Instant feruentes operi nummisque futuris  
 Ethnei fratres, gemitus per tecta remugit,  
 Armorumque fragor, refonique incudibus ic-  
 tus.

Quos strepitus pertaesa Venus, pertaesa mari-  
 tum

Loripedem manibusque pedes fuligine turpem  
 Liquerat incudes Martis subitura cubile,  
 Quem tum, Flandrinis recubantem forte colo-  
 nis

Nouit, et excepit strepitu verbisque mariti,  
 Saxonico nummos et munera tanta parari.  
 Ergo Ducis placitura Venus mox furripit aurum  
 Atque auri nummos celeres sublata per auras.  
 Et iam moesta Ducis compresit lumina somnus  
 Accessit Cytherea monens: Fortissime surge,  
 En

En tibi magna mei praestantur munera regni,  
Accipe, si quid habes, nunc moesti mitte tremo-  
ris,

Solve truces Sueuos, his diripe vincula cap-  
tis; 1200

Dixit, et ex templo tenui dispargitur aura.  
Solvitur his monitis Princeps, iam mane fene-  
stras

Intrat, et obscuras dstringit lumine rimas  
Mox circumspiciens, quae somnia vana videret,  
En fuluo thalamus rutilabat maximus auro  
Et sua vasa videt placidis mutata monetis.

Exiit strato, tensisque ad sidera palmis  
Dux ait: cunctipotens, tibi grates maxime no-  
stros

Qui miserans casus releuas moestumque tremo-  
rem.

Accersit pedites sua praemia quaeque Sue-  
uis 1210

Solvit, et obsessi pandit sua vincla fenatus.  
Ergo equites alacris post praemia tanta volup-  
tas

Excitat, et pedites nunc iussa faceffere spondent,  
Siue sub extremos iubeat Dux isse Britannos,  
Siue etiam in medios paret enses stringere Cim-  
bros,

Perdere nequaquam dubitent pro Principe col-  
la.

Interea Hannones turbans Rabstennius\* heros  
H Obfi-

\* Rabstenios heros Hannones laceffens occursante Duce  
cedit, hinc vno tractu octo arces munitas Princeps capit.

Obsidet Hallenses, ea nostris fida fuere  
Moenia, Flandrenses, triplici licet igne crema-  
rent.

Dux igitur trepidis nixus succedere rebus, 1220  
Agmine conferto Cimbris citat obuius esse  
Et iam conseruisse manus, ni castra moueret  
Flander, et imbelli ferret fuga sola salutem.  
Constituit Princeps, Hallensem circiter urbem  
Sed scutis fugiunt turpes armisque relictis,  
Octo ibi praesidio circumstant hostibus arces  
Quas Rabstein Francis et Cimbro milite sepsit.  
Mox igitur nostri muros et moenia circum  
Castra locant se viuis iurant cedere nunquam,  
Ni sternant ruptas, aut Cimber, pace peti-  
ta, 1230

Exeat inermis, vel captas deserat arces.  
Ictus tormentis geminant, iaculantur et ignes,  
Funditus exaequant tumulato pondere fossas  
Hinc taciti gradibus nituntur scandere muros  
Nil intentatum nostri liquere Sueui.  
At cum Theutonicos nequeant perferre furo-  
res,

Cimbri vitam orant, et nostris moenia relinquunt.  
At Dux \* infensas vbi tandem deserit arces,  
Hannoniisque suis pepulisset moenibus hostes,  
Nec villas simili paucas ditione leuasset, 1240

Qua

\* Dux Arsgart fertilissimam urbem obsidet, et tribus  
vicibus ariete quassam linoquit: prima die Maii Scroffae  
colum ad colla ligant illudentes Principi, altero die Dux  
rediens capit,

Qua sua fida magis posuissent agmina Flandri  
 Vrbs erat in mediis, Arsgardum dicta, Braban-  
 dis,

Hanc tum forte comes tenuit pro moenibus  
 Arnberck,

Quam Princeps rediens necquicquam est noster  
 adortus,

Saepe ibi conatus fragiles et inania coepta

In melius reparat, quin quassos scandere muros

Tormentis pedites binis incurfibus ausi,

Frustra nituntur, nulli concessa moueri

Praefidio Veneris et Bachi munera tuta,

Donec vi superum noxis poscentibus ipsis, 1250

Luxus demeriti poenas et vincula dedant.

Ecce autem festis Maii primisque Kalendis

Luxuriant superis ciues nec parcere diuis

Quippe colum, quem Cloto gerit, quem Parca  
 tuetur

In vetulae collum certant suspendere Scroffae

Haec neat, haec filet, sus vitae stamina rumpat,

Quin magis vt superas possit incedere Parcas,

Concentu refono ciues et cetera pubes

Hanc comitata suem Clotonis signa trahentem

Gaudens insequitur totam bachata per vr-  
 bem. 1260

Namque canebant enim: prius haud Saxonicus  
 arces

Arsgardi capiet, quam sus per colla ligatum

Sola colum religans, filando absumere perget.

Audiit hos motus in summo vertice coeli,

Accersitque suas Cloto indignata sorores:

Cernitis o Parcae, quam diui signa rigoris:  
 Obseruent homines, superum quam signa ve-  
 rentur,

In mediis etiam ciues nunc faucibus orci  
 Iam mortis timidi haud aliter, Dea, numen ado-  
 rant

Atropos ecce tuum, huc Lachesis, rogo, dirige  
 visus 1270

En decorata comis reptantur signa suillis  
 Stamina quin et adhuc dubitamus rumpere di-  
 ris:

En populus colus his nunquam teneatur, at il-  
 lum

Proiicit, aspirat Lachesis, mox Atropos occat.  
 Vidit id in superis nitidus Cyllenius oris,  
 Scilicet huic vrbi rupissent stamina Parcae,  
 Accelerans, peditum vultus, et signa Sueui  
 Induit, obsessos Trudonis pergere muros.

Illuc namque Ducem cum solueret obsidionem  
 Arsgard, hostili sonitu per sena vocatum 1280

Millia rescibat, defendere sacra Trudonis  
 Moenia, iam Rabstein licet arces liquerit heros,  
 Consuluitque fuga, scutis armisque relictis

Atque iterum Hallensi Princeps successerit vrbi,  
 Ad quem Mercurius simulato more Sueui  
 Heus, ait, inueni Princeps, gratare Sueuo

Quo tandem muros Arsgardi prendere pacto  
 Et leuibus fortem poteris nanciscier urbem,  
 Tu fidos monitus si non spernabere nostros.

Craftina stellifero dum nox subuecta Boe-  
 tae 1290

Mor-



Mortales hebetat, retinentque animantia som-  
nos,

Cognita lustra legens, per cognita limina portas,  
Non dubites, pandam, modo si mea dicta se-  
quaris.

Abnuat haudquaquam Princeps, in cuncta para-  
tus,

Urbem nancisci, vel certae opponere morti.

Nocte igitur tota per amica silentia fertur,  
Mercurius prior, hoc duce, concomitantur  
ouantes,

Saxonicus miles pedites mixtique Sueui.

Ecce autem in tenebris dubiisque in nubibus  
Arsgard

Moenia contingunt, vigilum custode remo-  
to. 1300

Et campana fonans iam tempus adesse fatetur  
Moenia scandendi et muros prensare silentes,  
Accelerat diuus ductor, quem caetera pubes,  
Haud mora, subsequitur, mediaeque illabitur  
vrbi.

Mox dura foribus refecant obiecta bipenni,  
Fit via vi, certant equites in moenia cursu  
Exuperant turrets, infestaque moenia prensant,

Caedunt oppositos, fluit atro sanguine riuus

Illi intus veniam tensis ad vincula palmis,

Obliti penitus cantus Thiasique Suilli, 1310

Orabant, armisque genu flexere relictis.

At duplici \* miseros torquet fortuna flagello.

H 3

Tota

\* Tota urbs Arsgardt sere incuria peditum incendio  
nidi ciconiae concreuatur,

Namque vbi Saxonis retinentur, moenia fig-  
nis.

Venerat huc forsan Veneris pellectus amore  
Mulciber, haud dubitabat enim, Martem esse se-  
cutam,

Sicalides exosa fabros, exosa maritum,  
Loripedem tenui (Venerem) cum ramice las-  
sum

Et mage consuluisse, suos qui tangere folles  
Possent, et melius flammis stinxisse caminis,  
Vel quod Sicani rogassent numina fabri 1320  
Inuisos Parcae, quo ciues plectere possent,  
Ibidis altus erat domatis per culmina nidus,  
Huc igitur totam visurus Mulciber urbem  
Conscendit, volucres crepitant, tabulata per ig-  
nes

Scintillae volitant, et coeli nubila lambunt,  
In cunctas salit ille domos, si forte maritus  
Cerneret vxorem, nec moenia suspicit urbis  
Tantum, templa Deum superat miserasque pro-  
feuchas

Praerabidus lustrat, quo totam concremet vr-  
bem.

Sic miseri pendent ciues cum sanguine poe-  
nas. 1330

At Dux \* praesidio hic posito nec multa mora-  
tus

Instar adeptae urbis nitidissima moenia Dynae  
Exuperare parat, modo si fortuna labori  
Vt prius aspiret, nitidis iacet illa Brabandis

Urbs

\* Albertus Dynam bello vincit.

Vrbs antiqua potens, quam septem millibus ho-  
stes

Tutabant, haud ista Ducem latuere, Sueuos  
Nimbofa praemisit nocte, inde ipse secutus  
In medios ruit, et amplissima moenia Dynae  
In cursu prensat celeri, mox itur ad arma.

Mane erat, et gelidos nondum tepescerat ar-  
tus 1340

Somnus, imago necis, stratis nec membra leua-  
bant,

Theutonus exoritur clamor, clangorque tuba-  
rum.

Lectis exiliunt, trepidique per agmina lapsi.

Pars occisa ruit, fugiens pars altera tectum

Versa petit, notis pars se occultare latebris

Tentat, et excelsis (si possent) vadere muris.

Pars stupet heu Dynam subito tam Marte pre-  
hensam

Obuia signa petens dextris ad vincula tensis

Vitam orat, iuuat hostilis modo praeda putari.

At postquam Princeps tota est dominatus in vr-  
be, 1350

Moenia cuncta patent, nec spes est vlla furoris

Insidiarum, tum pueri innuptaeque puellae

Faemineumque genus coguntur cedere tectis.

Cuncta ergo fragili complentur moenia luctu

Stant pauidae matres, et postibus oscula figunt,

Atque nurus grauidae pressis ad pectora natis

Ignarae, quoquo ire parent, quo tendere gressus

Compulsae tandem notas glomerantur ad vrbes

Lauonium pars magna petit, succedit amicis.

H 4

Quis-

Quisque suis, gemitus vicinas territat vr-  
bes, 1360

Et cunctos circumrefides per climata Gallos.

Quisque enim paribus metuit superatus ab ar-  
mis

Incurfu grauiore premi si prensus ab hoste, \*

Non prius exactis precibus vel poplite flexo

Pacem humilis rogitans dominantia frena ca-  
pessat.

Quin etiam trepidi post tanta pericula ciues

Accusant vltro patres lectumque senatum,

Bella nociua trahi, commercia mutua tolli,

Rem populi ac vrbis per magna pericula ferri

Haud mora, nec dubitent furidos in moenibus  
hostes 1370

Affore, quin vrbis nitidae discrimina Dynae

Intueantur, enim nec se melioribus ortos

Fatis concipiant Arsgardi moenibus altis,

Quas Dux Saxonicus penitus dissoluit in ignes.

Etlī tanta potest discrimina ferre senatus,

Nequaquam populus valeat, cui cuncta mini-  
stret

Mercibus externis veniens mercator ab oris,

Foedera quin faciat, vel moenia deferat vrbis.

Talibus impulsi et iamdudum bella perosi

Lauonii veniunt, ad captae moenia Dynae 1380

Pacem orant humiles, se cuncta facessere spon-  
dent,

Quae iubeat Princeps, saltem ne foedera postea

Inficietur, adest paribus Brusella petitum

Foede-

\* Lauonii et Brusellenses pacem ab Alberto petunt.

Foedera votis Brabandi mixtique Bataui  
 Instant, hortantes precibus cum munere fultis.  
 At pius Albertus \* celebri de more senatu  
 Audito, precibus paces et foedera spondet,  
 Si modo pollicitis conformia facta sequantur.  
 Lauoniosque rata sub conditione petentes  
 Excepit miserans reducesque in moenia du-

xit

1390

Aufos, nec regredi, nisi pacis foedera portent.  
 Et paribus votis orantem multa Brusellam,  
 Atque alias vrbes, quas fama obscura recondit,  
 Strennuus excepit, leges et iura senatus  
 Et veterum monumenta Ducum, referantur o-

portet

Cuncta Ducis iussu, quin iuramenta nouantur  
 Insuper, haud malint alienis fidere regnis  
 Vnquam, sed Regis semper ditione teneri.  
 Nec non demeriti rigidas persolvere poenas  
 Cogit, et innumeris aurum cumulatur acer-

uis.

Et iam tergemini steterant in foedere Galli,  
 Dux \*\* etiam in patrias oras iam certus eundi,  
 Ecce iterum Alecto furida de sede sororum  
 Lapsa redit frendens stigiis crinita colubris,  
 Ultrices versans oculos et dira minaces.  
 Namque timebat enim, si pax confecta fuisset,

H 5

Et

\* Albertus Lauoniis et Brusellensibus pacem donat, reliquisque Batauis et Flandris.

\*\* Dux pace composita nititur in patriam Holandrini Principem orant, comites de Montfort bello lacesat, et Wordem arces regii nominis ab eis vendicet.

Et stabili vitam transfirent foedera Cimbri,  
 Vel Dux Saxonicus superas cesisset in oras,  
 Non fat vera forent, quae Marti sponderat ante,  
 Cum sua rubiginem quereretur ferra voca-  
 ri

1410

Et frustra quod tot traxisset in agmina gentes.  
 Ergo truces alas feralia membra resumens  
 Horrida pennarum sonitu peruerit Holandos  
 Et cita Mons fortis Comitum confedit in vrbe  
 Excutiensque vnum nitidis in moenibus an-  
 guem,

Qui subter lapsus Comitum penetralia torques  
 Efficitur, tereti conuoluens colla cylindro  
 Innectitque comas et membris lubricus errat,  
 Ambo virum stigio perfundens corda veneno,  
 Haud Worden linguant arces, quas iure tene-  
 rent.

1420

Nil curent Regem, Cimbros tumidosque Bata-  
 uos,

Saxonicumque Ducem confisi moenibus altis.  
 Arx fuerat Worden Ducibus descripta Batauis;  
 Ast duo tum Comites, forti de Monte vocati,  
 Obtinuere diu, siue hoc per bella parassent,  
 Nec fat compertum, ex hac crebro Marte Bata-  
 uos

Et maris occidui violabant vndique portus  
 De Monfort Comites, igitur Dux illa petitum  
 Quo fineret, Cimbri regitant ciuesque Bataui  
 Pollicitis iterum nostros in praelia tor-  
 quent

1430

Turres, et strictis semper recubatur in armis,  
 Val-

Val-

Valla lacus circum profundo flumine sepsit,  
 Ergo adiguntur equi, limphas emollere giris  
 Quod Dux ingenium solus reperibat, vt inde  
 Moenia mox siccis possit pertingere fossis  
 Strennua res agitur, rigidus Mars omnia lustrat,  
 Quin plerumque etiam redit in praecordia cap-  
 tis,

Virtus, et manibus tentant committere Martem  
 Frustra, namque truces nondum nouere Sueuos  
 Misenosque equites, quorum per vulnera lap-  
 si

1440

Exhalant animas, aut nota in valla feruntur.

Quatuor hac totis certatur mensibus orbe,  
 Nec tantum in siccis equitum peditumque pa-  
 laestris

Quin sua naualem senserunt aequora Martem  
 Saepius, et trucibus colluctat remus in vndis.

Verum vbi cuncta ruunt, nec spes datur vlla fa-  
 lutis

Quin paces orent, aut victi colla reponant  
 Monsfortis Comites, et nunc e moenibus hostes  
 Haesissent, gradibus muros superare potentes.

At pius Albertus, \* cui pax et regia curae 1450

Patria semper erat, peditum prodire cateruas

In Montfort iussit, Comiti noua bella ciere,

Ni se tenturum paces, et Wordigen arces

Offerat, et certa haec per testes credita firmet.

Vrbs ea fortis erat, vario munimine tuta,

Moenibus aereis, stigiaque palude, locoque

Difficili, primos audax contemnere Martes.

Dux

\* Albertus pergit contra Montfort.

Dux ergo obsessam toto conamine adortus  
 Praecipitare parat turrets, et culmina muris  
 Pixidibus magnis, et denso pondere teli 1460  
 Ingeminant tormenta sonos, vrbs tota tremis-

cit

Spicula, Theutonico non intermissa furore,  
 Insuper, et positos agitans ad moenia corbes  
 Pondere limoso structos ex vimine Princeps,  
 Quos nostri retro tuta in statione cubantes  
 Ictus ingeminant, fodiuntque subisse Penates.  
 Vrbi nulla quies, quassantur ariete crebro.

Vrbs datur, et Comites egressi moenibus ambo,  
 Sponte petunt veniam, promptis ad vincula dex-

tris.

At Dux supplicibus, genibus cum poplite fle-

1470

Exorata diu paces et foedera spondet,  
 Conditione tamen, discedant moenibus arcis,  
 Pro qua faeva diu gessisset praelia Princeps;  
 Et breuiter Regis veriti mandata per orbem,  
 Iussa Ducis celeres per climata cuncta capessant.  
 Post tantos casus, post tanta pericula \* Princeps  
 Credidit Albertus, iam Gallis pace reposita,  
 Indubie patrios aliquando videre penates:  
 Sed nihil aduersus fas quemquam credere diuis  
 Durior Alecto Martis comitata furores, 1480  
 Nobilis en iterum faciem mentita Bataui,  
 Ocea-

\* Holandi concitantur ab Hannoniis, quo deficient a Principe, nam Phrisones pictis in vexillis caseo et pane Harlchim inuadunt, et in sua iussa compellunt, interfecto iudice et plerisque ciuibus urbis.



Oceani traxit populos in praelia Caucos.  
 Nam suadebat enim, nequaquam nomine Regis  
 Nostros tam duris totidem conflagrare bellis  
 Sed quo Theutonici nummis emungere Cim-  
 bros

Posint, et tandem moestis excedere rebus,  
 Quin potius Regis curas iuuenisque Philippi  
 Principis expendat patriae Rabstenius heros  
 Nocior, et Regi Dux sanguine iunctus auito  
 Talibus exacuit Caucos, memorandaque fac-  
 ta

1490

Frisones patriis ne quondam finibus ausi  
 Admonet insinuans qua moenia conscia frau-  
 dis

Praeripere accelerent, quam Dux Albertus in  
 armis

Experiat, non dubitent ea coepta Batauos  
 Si modo Saxonis bellis armisque leuati  
 Tranquilli patriis ausint confidere rebus  
 Sensuros, meritis et praemia digna daturus.

At Cauci inuidia coecaque cupidine ducti,  
 Moenibus vt iussi irrumpunt, et seditione  
 Harlehem conturbant, patribus cum iudice cae-  
 sis

1500

Ciuiibus atque aliis, sua qui non orsa probabant  
 Hanc nostris nixi deducere partibus urbem  
 Hactenus ancipitem victoris signa secutam  
 Semper, et admoti trepidantem foedera Mar-  
 tis

Neutrius generis mallentem foemina dici.

Ast

Ast vbi fat coeptis vrbs Harlehem\* fida putatur

His impexa dolis factisue coacta cruentis,  
Tensis vicinas signis glomerantur ad vrbes  
Conscia moliti connectere vincla Batauis  
Et paribus iam Layenses conflictibus orsi, 1510  
Princeps rescibat, subitoque ad signa sequantur.

Omni bus indicit tubicen per tessera clangens.  
Haud mora festinant pedites, rapidisque feruntur

Pasibus, ardentes manibus conflagere Caucis.  
Caseus in signis Cauci panisque feruntur,  
Id fore Frisones, iactat, cur Theutonus orbis  
Iam Cimbro frendat patriisque in rebus egestas  
Talia iactantes et inani voce canentes.

Obruit incautos Princeps simul omnibus vno  
Congressu, trepidis densat per pectora ferum

Quingenti exhalant animas stigiamque paludem 1520

Traducti tristes Erebi mittuntur ad Orcum.  
Ast vbi tam rabido spem belli funere ademptam\*\*

Caucos, audirent resides per climata Cimbri  
Obstupuere omnes, gemitumque dedere Bataui,  
Et Dux innumeris comitatus in agmine Sueuis  
Ocius

\* Frisones accepta in ditionem Harlehem nituntur erectis signis ad Lausum urbem, quos media via Saxonici milites complexi quingentos profligant et sternunt.

\*\* Harlehem se dedit Alberto.

Ocius accelerat recidiuas pergere ad vrbes.  
 Ast Harlemenſes gelida formidine preſſi  
 Occurſare Duci, mediisque occurrere ſignis  
 Certant, hortari veniam pro crimine tan-  
 to

1530

Quo recidiua ſuis maculaſſent moenia factis  
 Ergo humilis populus, moeſtique caterua ſena-  
 tus

Moenibus egreſſi palmis ad pectora tonſis  
 Hortantur veniam, ſe iuſſa faceſſere quaeuis  
 Spondent, et quascunque velit perſoluere mulc-  
 tas

Sponte vouent, lachrimis gemitu per aperta ro-  
 gantes.

Tum lachrimis iras domitans compungitur vl-  
 tro

Princeps, et vitam, paces et foedera ſpondet,  
 Conditione data, rigidi munimina belli  
 Arma, enſes, bombardas belligerasque ſagit-  
 tas

1540

Cuncta foro referant, neu ſint in culmine tela,  
 Quo recidiua ſuis poſſint ſuccurrere rebus,  
 Ne qua tam priſcae ſubeant veſtigia fraudis,  
 Moenibus illapſus media teſtudine muri  
 Conſtruit inuictas arces, et lignea valla  
 Saxonicas voluit, quas nunc ex nomine dici  
 Fortia, quo tutos poſſit deponere centum  
 Miſenos equites, vrberem in ditione tenentes.  
 Hinc rapido Zurchſchae curſu contendit ad  
 vrberem

Innu-

❁ Dux profectus Zurchſchae deditioem accipit.

Innumera Princeps peditum stipante caterua.  
 Infula pulchra vetus, Geticis extracta colonis,  
 Haec vrbs sola iacet, nullis obnoxia curis,  
 Quippe putabat enim gelidis adiecta Selandis  
 Oceano concincta mari, foret hoste remota  
 Vsque adeo, ne Mars dubiis commissa peric-  
 lis

Praelia ferret eo, quo nulli accedere tutum est.  
 Vndosos scopulos ventosaeque transtra fremen-  
 ti

Conscia sed simili fraudis formidine pressa  
 Qua nimium variis aderat vicina Batauis  
 Et iam percipiens Harlehem submittere col-  
 la

1560

Nulla cunctati legant ad Principis arces  
 Quinque oratores Zurchsehae qui moenia  
 spondent,

Cuncta patere Duci, veniat modo laetus in vr-  
 bem.

Sic domuit Princeps Geticus quos vndique Ma-  
 uors

Aggressus, longos nunquam domuisset in an-  
 nos.

Portus erat iuxta totis celebratus in oris  
 E cunctis facili poterant quo gentibus arma  
 Praefidio ferri, et dubios inuvertere ciues.

Occupat hunc Princeps lignosa turre recin-  
 gens

Qua fida possint ciues ditione teneri. 1570  
 Interea magnum sol circumuoluitur annum,

Et

Et nunc Hesperias volitans it fama per Alpes \*  
 Aufonio dispersa solo, transfusa per urbem  
 Romanam, sacri penetrans ad moenia Papae  
 Principis Alberti clarissima facta reuelat  
 Vt quondam Assyrias ierit deuotus ad arces,  
 Et rediens Romam, loca sacra patrumque pe-  
 nates

Vt veneratus erat, largis cumulauit acerris  
 Conderet aeternas Hunis cum Caesare paces,  
 Et modo tergeminos cogens in foedera Gal-  
 los, 1580

Romanas aquilas solus tueatur ab hoste,  
 Is sit, qui toto Martem comitatus in orbe  
 Imperii regnum, sacrae munimina sedis  
 Romanae teneat, rigidi seruator honesti.  
 Qualia multa sui potuit narrare triumphi  
 Mos praestare rosam redolentis signa vigoris  
 (Quo superexcellant, haec quos monumenta de-  
 corant)

Sedibus aeternis sacrisque in moenibus vrbis  
 Religione patrum multos seruatur in annos  
 Illustri cuidam pugnando vulnera passo, 1590  
 Papam quiue sui memorem fecisset agendo,  
 Quiue pius Princeps aliis feruentius arsit,  
 Christi defensare fidem pietate vel armis,  
 Ergo vbi fama volat praegnans illustribus actis  
 Tanta Ducis, cui Xerxes cedat et Hannibal A-  
 fer,

Pompeiusque Eois tandem victus in aruis,  
I Ambo

\* Innocentius VIII. rosam mittit Alberto, quam exce-  
 pit in Zurchsche Zelandriae.

Ambo Scipiadae vel quos colit Actica claros  
 Hectora Dardanii reptatum ad moenia muri  
 Inuictum Aeacidem bellis, geminos vel Atridas,  
 Et quos belliferax genuit Germanica tel-  
 lus 1600

Barbarossa Ducem, teretem qui bella per or-  
 bem

Duxit, et Eridani consperfit sanguine littus.  
 Et tandem Armenis rapidis defungitur vndis  
 Suicerus vel quam Coridon detorsit ad orcum  
 Burgundum Carolum, tremuit quem Gallicus  
 orbis.

Patres Papa vocat Romanae lumina sedis  
 Cardineos, folio tum quiuis fultus auito  
 Poscitur, alma rosae cui vult solennia ferri,  
 Concordes referunt votis haec munera foli  
 Saxonico, titulus quem Martis tantus ador-  
 net 1610

Progenie illustrem penetrantem sidera factis,  
 Theutonicum Aeacidem, nulli virtute secun-  
 dum.

Phoebus ab Eoo ter lustrans regna Dianae  
 Iam totiens nitida radiabat lampade Phoeben  
 Iamque iter emensus, iam Zurschae rura pre-  
 mebat

Per medios Gallos, per inhospita cerula ver-  
 rens

Romana missus Legatus Praefulis arce  
 Et Dux largiflui monitus pro munere Papae  
 Obuia signa iubet peditum proferre cateruas  
 Ensibus instructas telis armisque nitentes 1620  
Haud

Haud aliter strictos, quam si pergatur in hostes,  
 Matronas pueros patres castasque puellas  
 Et quos sacra manent vrbis pars optima Cleros  
 Cunctos ire iubet, magno quo munus honore  
 Excipiant placidi Romana a sede profectum.  
 Ast vbi conspexit Tarpeia munus ab arce  
 Ipse rosam manibus capiens dulcia oscula figit:  
 Quae tibi sancte Pater (dixit) pro munere tanto  
 Digna feram supplexque rosae pia signa repen-  
 dam.

Haud etenim tanto me sum dignatus hono-  
 re 1630  
 Quo mihi magna rosae praestentur dona sacra-  
 tae.

Possim, Dii superi faxint, aliquando mereri,  
 Et simul haec dicens notis seponit in archis  
 Et tandem patriae Misenas mittit in oras,  
 Ver erat et cupido respondent arua colono \*  
 Et iam cum magno venit tritura calore.  
 Compositis Zurchschae rebus iam nixus abire  
 Princeps, et Mechlin nitidis succedere tectis  
 Forte per hostiles campos, per Cimbrica rura  
 Obtigit, vt fata laeta terat rastrique labo-  
 res 1640

Et cumulo peditum Gandenses terreat arces,  
 Ergo furore graui cepit gens ciuica ferri  
 Patribus aduersans, ne belli accessio fiat,  
 Paces orent, ni faciant, gens ipsa salutem

I 2

Ex-

\* Dux redit Mechlinium, conuentum agit in Hulsten:  
 de excidenda Schlusa, quam vrbem Rabensteinus occupa-  
 uit.

Exclusis memorent patribus per tecta parare.  
 At Gandauenfes iam ciuica bella timentes  
 Concuffis cecidere animis, nam fingula verfat  
 Caucus, vt extremo fuperatus Marte profudit  
 Belliferacem animam, hoc folo victore putas-  
 fent

Vincere Saxonicos, et iniquo Marte Sue-  
 uos 1650

Moenia feruari, veniam nec pofcere, fed nunc  
 Cum fuperet Princeps, laetoque fub agmine vic-  
 tor

Saxonicus fedet Albertus, mauortius heros  
 Saeuit et in muris animis ignobile vulgus  
 Impatiens belli, lucrique cupidine dextras  
 Pofcat, et inuitos cogat pro foedere patres  
 Spicula deponunt humeris, et praelia damnant  
 Inceptumque horrent optati Martis amorem  
 Nec frenum, nec colla pati captiua recufant.

Interea magnum Cimbris de rebus haben-  
 dum 1660

Confilium accerfit Princeps in moenibus Hul-  
 ften

Namque parabat vti Rabftein propellere Schlu-  
 fa

Quam prius elapfus terraque marique recinxit  
 Tutam praefidio, quo Cimbros Marte laceffat  
 Vinciatur Oceanum toto rapturus in orbe  
 Obuia feptuplici quaecunque ex climate mun-  
 di.

Portus enim Schlufa eft toto nunc maximus or-  
 be,

Clau-



Claudi quo solo poterant freta siue recludi,  
 Quo minus Almanas merces referantur in oras.  
 Ecce autem veniunt Gandava ex vrbe profec-  
 ti 1670

Centum \* oratores laceris per colla capillis  
 Sparsis, moestus eis erat omnibus ater amictus,  
 Mox loca defigunt, vbi Princeps forte fenestra  
 In medio circo, mediis in moenibus Hullsten  
 Sublimis iacuit, fora rauca, hominesque vide-  
 re

Pertonfis cecidere huc palmis pectora cuncti  
 Et genubus flexi rogitant per stigmata Christi,  
 Passa Ducem, dignetur tantae ignoscere cul-  
 pae,

Qua proprios ausi tantum incestare penates  
 Vt Regem Latium indignis lacerare cate-  
 nis 1680

Ausint, et foedis manibus complectier vnctum  
 Quin veniam praestet requiem finemque ma-  
 lorum.

Sic sese imperio subdunt victoris et vltro  
 Quanquam animum dolor altus habet, parere  
 fatentur.

At pius Albertus miserans, ait: aethera te-  
 stor,

Nunquam equites, nunquam arma libens in  
 Gallica moui

Sed vestris actus furiis, defendere toto

I 3

Opta-

\* Centum ex Gendt lugubres in Hullsten ex Principe  
 pacem petunt.

Optauit, et licuit Romanas robore partes  
 Nec fatus plura Albertus, se laetus ad intra  
 Corripit, et ciues iubet in sua tecta voca-  
 ri, 1690

Consilium accersit misfis hinc foedera sanxit.  
 Et iam parta quies Cimbris, iam foedere Gallus  
 Stabat, et Oceani facies antiqua redibat.

Nititur in coeptos Princeps explere labores,  
 Quos super Hulstensi consultat nuper in vrbe.

Vertebat pedites et Schlusae \* tecta petebat.

Vna ipsum Misena omnis conuersa iuuentus  
 Exultans sequitur, Rabsteyn praenuntia motu  
 Fama docet, pressumque infonti pectore cri-  
 men

Aduentare Ducem, ergo suos in moenibus ci-  
 ues 1700

Accersit trepidos, Martisque ad signa futuri  
 Hortatur cunctos, dispensat moenia Francis,  
 Quos prius e Gallis ipsos feruabat in usus  
 Praeuidet annonae, laticum, ne pocula desint  
 Dulcia, quin mare conciduis vt fluctibus arces  
 Circueat, stringit, speculasque ex turribus altas  
 Elicit, et catapultis belligerisque sagittis  
 Firmat, quo procul hinc positos iaculetur in ho-  
 stes.

Munera nulla Ducis non attentata reliquit  
 Segnior haud pius Albertus, cui martia vir-  
 tus 1710

Compertumque viri facinus, stratagemata belli  
 Infidiaeque dolusque prior sub corde recurfat,

Ar-

\* Albertus proficiscitur contra Schleus Flandriae.

Arma viros noto, dispensans ordine cuique  
Excubias agitat, quadrisque per agmina tur-  
mis

Incedit, cauto perlustrans singula gressu,  
In partesque videt varias neu turbine facto  
Obuia Schlusensi conturbent agmina Marte.  
At postquam subtus ventum est ad monia Schlu-  
fae

Quo biuge poterant procul hinc spectarier ar-  
ces

Siccine tuta fore aequoreaue recincta palu-  
de 1720

Vt stigiis complexa lacis tremat horrida tellus,  
Pergere tentantes aut vrbis tangere portas  
Et Rabsteyn solidae subeunt praecordia vires  
Tum primum sensit rigidum superesse laborem  
Ergo vocat pedites, Princepsque ex aggere fa-  
tur:

O pedites, decus Imperii, o Germana iuventus,  
O patrii iuvenes, Misenaee o robora gentis  
Impigra diuersis mecum quassata periclis  
Per tantos bellorum aestus variosque labores  
Armorum, per sex hyemes, per quicquid acer-  
bum, 1730

Belliferax, graue, toruum, ingens, per quicquid  
iniquum,

Insolitum et crudele fuit, nunc vertite mentem  
In melius, iam finis erit nunc Schlusa malorum  
Exitium simul omne trahet, portendite quaeso  
Hos animos rigidasque manus, quibus orsa nec  
vnquam

Inficiata tuli, superas cedemus in oras  
 Victores, postquam haec moles delapsa iace-  
 bit,

Vestris o manibus pedites vel foedera poscet.  
 Infula marmoreo iacet hic gratisima ponto\*  
 Nereidum matri sacra Neptunoque paren-  
 ti

1740

Frugiferaeque Deae, vulgus Cassanta vocavit,  
 Maxima quo nunc Virgo Dei tibi templa loca-  
 runt

Christicolae, et sua liba ferunt deuota quotan-  
 nis

Huc toto Princeps conuersus pondere belli  
 Traiicit arma viros, ingenti mole cateruae  
 Annixae vada falsa secant, vi miles in vnda  
 Certat inaccessum Cereris Cassanta subire  
 Frugiferae matris flauentem culmine spicae,  
 Qua sola veteres Comites patresque Brabandi  
 Auro fulgentes soliti cussisse monetas.

1750

Ast vbi traducti spectassent bellica Martis  
 Instrumenta virosque equites in littora pasfim  
 Errare et trepidos Cassant exisse colonos  
 Obuertunt puppes laeta promuntur arena  
 Pixidas infodiunt acris molimina belli  
 Castra virosque locant, mediisque per agmina  
 fossis

Deducunt limphas, neu fors vndantibus altis  
 Fluctibus aequoreis vda in statione residat.

Ex-

\* Princeps traiicit exercitum in in insulam Cassant no-  
 mine, frugibus fertilissimam, ubi et pedites fruges matu-  
 ras penitus disquatiunt,

Excubias actura cohors pro moenibus astans,  
Aenea belligeris condunt tormenta sagit-  
tis, 1760

Dant circum fossas cumulique exaggerare fir-  
mant.

Aestus erat flauaque Ceres redimita corona  
Stabat, maturis radiabant culmina spicis,  
Largaque cum magno spectatur amore tritura,  
Qua nequit aeternum sterilis Cassanta videri  
Irriguo circum stagnanti littora ponto.

Huc igitur toto peditum conamine fusa  
Arua quatit, calamosque trahit cum fruge ca-  
terua,

Quale sub obscuro conuexus fidere torrens  
Agmen agens filicum lapsus ex montibus al-  
tis 1770

Cum stabulis armenta trahit, camposque per  
omnes

Sedibus ex imis nascentia robora vellit  
Sic ruit in calamos peditum glomerata caterua,  
Disquatiunt Cererem rapiuntque gelimata,  
cunctam

Sternunt indigenis Cererem sua vota colonis.  
Nec minus interea pontum congesta per al-  
tum\*

Ligna parat princeps, densis compingere vallis  
Aequora, quocircum fluitantia stringere clau-  
stris

Et maris in cunctos diuertere flumina Gal-  
los

I 5

Pos-

\* Dux struit lignea valla pro occludendo Oceano.

Possit, et hostili leuius dominarier vrbi. 1780  
 Quercinae ergo trabes, cuneis quoque fissile ro-  
 bur

Per freta congeritur, summisque ex collibus ar-  
 bos

Voluitur, et celeri refecantur ligna bipenni  
 Extruitur biugis vtroque in littore vallis  
 Claustrum immane maris, Flandrum quo strin-  
 gere pontum

Isse sub occiduos Gallos imosque Britannos  
 Dux valet, et tumidos iterum reflectere fluc-  
 tus.

Nec tamen interea sunt intermissa furore  
 Spicula, quin magnos agitant tormenta labo-  
 res.

Aenea ne quicquam iaciuntur moenia Schlu-  
 fae 1790

Nam procul aggressos medius Mars deficit eundo  
 Saxaque bombardis tenuantur prendere mu-  
 ros.

Et iam lustratis rediens in sidera Phoebe\*  
 Inferiis, socii facibus bis iunxerat orbem,  
 Ergo Ducem mora longa monet traducere ca-  
 stra

Atque imos penetrare sinus, qua tangere Schlu-  
 fam

Muros spectare, atque aduerso fornice por-  
 tas

Possit, et obiectis propius concurrere signis. Sta-

\* Dux exiit Cassant et sub aggeribus Schlusae post  
 Sanctam Annam castra locat.

Stabat in exciso praeclarum marmore tem-  
plum

Non procul a Schlusa genitrix colit Anna Ma-  
riae 1800

Huc pius Albertus et bello lecta iuuentus  
Succedunt, et eo vectantes pondera Martis  
Aggere subsidunt tuti foribusque propinquant.  
At pater aequoreos inter freta cerula fluctus  
Exuperans Neptunus adest, et naue reducta  
Vt procul Albertum secretum in littore vidit  
Talibus alloquitur: Princeps scis martiger he-  
ros

Quanta sub Iliaca (denos dum certat in annos  
Urbe, archiua lanx) tulerit Neptunius arma  
Vt Troiae muros grandique emota triden-  
ti 1810

Fundamenta quatit, totamque a sedibus vr-  
bem

Eruit, est et adhuc permessa potentia diuis,  
Ergo graues casus tu contra audentior ito  
Vnde minus reris, superum pandetur ab oris  
Praesidium bello, quin fulmina Iuppiter ipse  
Me poscente finet, pestem per corpora Cim-  
ber

Sentiet, et mortem lugebunt moenia Schlusae,  
Dixit et aequoriis subito se condidit vndis  
Et nunc Angla phalanx imis sub moenibus vr-  
bis

Torta iacet, pedites complerunt hostia cir-  
cum 1820

Omnem

Omnes aditum, et trucibus minitantur vulne-  
ra lanceis,

Ictus ingeminant totusque per aethera Ma-  
uors

Arma citat, rigido terrentur moenia plausu,  
Quale lupus, quem cruda fames ridentibus au-  
ris

Saltibus e mediis reuocat disquirere pastum,  
Claustra fremit circum, nec ouilia prensa relin-  
quit,

Haud aliter pedites hostilia moenia circum  
Instant, terribili torquentes tela fragore  
Iamque Cleoneum transiit Apollo leonem  
Fixaque virginei superauit tergora signi. 1830  
Mensis adest quartus, Rabstein quo bella peror-  
fas\*

Saxonicas acies patitur, iam lethifer annus  
Venit, et ira Iouis superis sese extulit oris  
Fulmina dira cadunt, pestis miseranda coorta  
est.

Cimbrica pestifero tabescunt moenia morbo  
Atque per obsessos serpunt contagia Francos,  
Vt iam multa virum pars interfecta iaceret,  
Nudaque custodes liquissent moenia Schlusae:  
Nec tamen vlla minus torquentur spicula Mar-  
tis,

Maxima tormentis iaculantur saxa, par ar-  
ces

Nec mora, nec requies, nimio quam pondere  
grando

1840  
Cul-

\* Schleus peste laborat.



Culmina praecipitat sic densis ictibus heros  
 Ingeminare iubet teretes ad moenia iactus.  
 Ergo videns Rabsteyn nullam superesse salu-  
 tem

Ciuiibus accitis, sic tandem moestior infit:  
 Ante equidem fidi, summa de re statuiffe  
 Me vellem, et fuerat melius non tempore tali  
 Cogere consilium cum Schlusam cinxerit ho-  
 stis

Et prope Saxonici nostra dominantur in arce,  
 Sed cum sic superis placet, et fera Iuppiter vr-  
 bi

1850

Fulmina distorquet, miseros mors pascitur ar-  
 tus,

Arx minor acta iacet, saeuus Mars lapsus ab vr-  
 be

Moenia Theutonicae despondet vincere genti.  
 Tempus consilium miseros aptauit in vsus,  
 Bella nociua diu ciues cum gente cruenta  
 Saxonisque viris gerimus, quos conscia vir-  
 tus

Praelia, perpetuos vbiuis agitata per annos,  
 Nostraque fata monent, victa nisi cedere Schlu-  
 sa,

Nunc mihi consilium ciues, si vestra voluntas  
 Certa foret, possim huic vni succumbere poe-  
 nae

1860

Atque pudore meo vestris succurrere rebus.  
 Ipse ego quassatis victus discedere muris  
 Vt primum alma dies nostris rutilauerit oris

Vel-

Vellem, Saxonicumque Ducem pia foedera po-  
stum

In mea perpetuo regni permittere sceptrā,  
Ocius assensi placuit sententia cunctis  
Et sua cum lachrimis rogitant concepta para-  
re.

Ergo dies postquam roseis afflasset habenis,  
Pondera tolluntur ferrati robora vectis  
Torturaeque truces foribus Schleus stabat aper-  
tis. 1870

Exiit illustris Rabstein stipante caterua  
Et caput inflectens humili cum voce pero-  
rat :

Vlcisci tandem Mauors, Saxonice Princeps,  
Vis inuicta tibi est, animus in corpore prae-  
stans

Grandis imago Ducis, virtus super aethera no-  
ta,

Ergo piam mihi dede manum, mihi dextera pa-  
cem

Exorata tuam praestet, mihi bella peroso,  
Ecce tuos, quos gliscis, habes per saecula mu-  
ros

Et biugas Schlusae cunctas cum moenibus ar-  
ces,

Parce pio populo, ciuem sine, bella nec vn-  
quam 1880

\* Cogenti nisi me, victis e moenibus orsum.

Habet

\* Rabsteinius se dedit Ducis Saxonie.

Habet Illustris Magnificentia tua, Serenissime Princeps, peculiari stilo, absolutum carmen, quo, veluti epithomate quodam, Illustrissimi Principis ac Domini, Domini Alberti genitoris Gratiae tuae Magnificentissimi, Saxoniae Ducis etc. toto orbe terrarum conspicui Herculis gesta, et super humanas vires perfuncta bella describuntur. Quod ab Illustri Gratia tua ea velim lege ac gratia acceptari legendum, vt vti per inexhaustam Gratiae tuae ingenii, Mineruam castiganti pollice emendatum, ad nos redierit, id ipsum in florentissimo Lypseni studio ex pulpito, in diuersas Alemanniae oras perferendum, recenseatur.

Illustrissimi Principis ac Domini, Domini Alberti Ducis Saxoniae, Lantgrauii Doringiae, ac Marchionis Misnae etc. praeclarorum facinorum ac bellorum, Australis, Gallici, Cimbri-  
ci, Holandrini, Brabantinique, Epithoma finit, per Conradum ex fagis dictum Wimpina Theologum.

*Destinatio Operis Illustrissimo Principi ac Domino,  
Domino Georgio, Duci Saxoniae, Lantgrauio  
Doringiae, et Marchioni Mi-  
snae etc.*

**O** Ducis Alberti soboles venerata, Georgi,  
Si vacat, hoc placido carmen complectere  
vultu.

Nec

Nec mirere precor, si Te, Clarissime Princeps,  
 Visere, et affari properat mea garrula Clio.  
 Hoc poscunt dotes, quibus en celebrande re-  
 fulges.

Scilicet ingenium, generosa modestia vultus,  
 Hoc probitas, mores, et quae tibi desuper ordo  
 Astrorum fatigue tulit, simul Attica Pallas  
 Quae Te praecipuo formae decoravit honore  
 Et Tibi quae magnum donat decus aurea vir-  
 tus 10

Cetera quaeque viros aeternos reddere pos-  
 sunt

Illustris Princeps, descripsimus horrida bella,  
 Quae pater, Albertus, duxit, quo iustior alter  
 Nec pietate fuit, nec bello maior et armis  
 Quo nascente Iouis miseratum climata mundi  
 Mortales medio lustrabat ab aethere fidus,  
 Saturnusque iterum cessurus fallifer orbe  
 Intonuit, laetis radiabant aethera flammis.  
 Nam sol ensiferum placidis aspectibus orfus  
 Imperium donare Duci, portendere fatis 20  
 Nexuit aeterno concordēs numine Parcas  
 Et pia sidereis rutilans pax clarior astris  
 Pulchra decens primum nostris illabatur oris.  
 Hungarici siluere truces, infrenduit Auster.  
 Gallia tergeminis tociens temerata cateruis  
 Hac tremuit genesi, sua sensit fata Biritan-  
 nus

Bactauus ingemuit, fufus dolet aequore Cau-  
 cus

Arma-

Armaque natiuo totiens experta periclis  
 Tempore, fatali fenserunt numine Flandri  
 Nec fuerant fateor, plectro meliore canen-  
 da, 30

Sed veniam petimus, quoniam loca Theutona,  
 quorum

Bella per anfractus cesserunt Saxona, flecti  
 Carminibus latiis, quacunque vel arte magistra  
 Barbaries prohibet, propria sed voce notari  
 Dum iubet, extrema versus vix parte cohae-  
 rent.

Me quoque Marti dicis accinctum crebro Ca-  
 moenis,

Dum numeros meditor, represit diua Theosis.  
 Deferis en captae iampridem vela carinae?

Num pudet externas iterum tractare ruden-  
 tes?

Haud bene Theologo se quadrant martia bel-  
 la, 40

Sic mecum ancipiti rapitur dum Musa labore,  
 Lassa negat, comptos quos poscunt carmina  
 nervos.

Quod tamen est tenui quod sum modulatus,  
 auena

Suscipe Pieridum decus o lumenque salusque  
 Et lege ciuiles poteris cum linquere curas.

Inuenies illic clari memoranda parentis  
 Plurima, nam semper bello insuperabilis ex-  
 tat

Et solet assidue laudem per tela, per enses

Dono

K

Quae

Quaerere, et insignes bello cumulare trium-  
phos,

Sub diuo tolerare hiemem, faeuosque per ae-  
stus

50

Sub galea Phaetonta pati, tum sumere fufis  
Hostibus obsidium, victisque imponere leges.

Illius exemplo, virtute et laudibus amplis

Vinces, quos prisca commendauere Poetae.

Nec tua maiorum titulis concedet imago

Es pius, et victam clementia supprimit iram,

Iustitiae fautor, sancti sectator honesti,

Doctus es, et nostro Mecaenas tempore, nam  
te

Et spes et ratio studiorum in Principe tantum

Relligione facer, iam terque quaterque bea-  
tus.

60

Cuius in amplexus, talis deducitur vxor,

Aetherea qualem si nactus Iuppiter aula

Esset, ad humanos nunquam vertisset amores

Lumina, connubio stabili hanc tibi Sarmaticus

Rex

Iunxit ob ingentes virtutes, inclite Princeps.

Virginis os, habitumque gerens, quam glauca

Minerua

Tinxit, et ex omni fulgentem parte poliuit,

Huic etiam Charitas, etiam celeberrima Pitho

Aurea candenti posuere monilia collo,

Et capiti duplicem gemmis auroque coro-  
nam.

70

Incedunt pueri, pariterque ante ora parentum

Dona

Dona ferunt, chorus et pueri innuptaeque puellae

Verfibus incomtis ludunt et carmina dicunt:

O digno cuniuncta viro gratissima coniux

Tu socero felix, multo felicior ille

Te genero, haec pulchra faciat te prole parentem.

Sit voluisse fatis, dignae praeconia laudis

Dicere, cum centum nequeam perstringere linguis

Singula, sed docti dicent tua facta poetae.

Certatim, et longum diffundent nomina in aeuum. 80

Candidus Eoo surget dum Lucifer axe

Vesper et occiduas Phoebus se merget in vndas

Dumque homines tellus, pisces mare, sidera coelum

Reddet, semper honos tibi laus et gloria crescet

Iamque vale et superes longaeui Nestoris annos.

Bellorum Illustriumque Actorum Principis Alberti Ducis Saxoniae etc. Epithoma finit. Impressum Lyptzick Anno Christi 1497.

APPENDIX I.

*Poema natale cuiusdam Electorii Principis  
Septentrionalis.*

**D**Vx erat armipotens, regali fanguine cretus,  
Qua cereale solum Germanicus alluit Al-  
bis,

Dum petit argentem plaustri sub fidere Thetis.

Hic post fata patris regni successor et heres.

Natura prudens, adolescens sceptrum tenebat.

Ingenio populos claro eloquioque feroces

Rexit, eis placidus, sed formidabilis hosti.

Namque Scythas, genus acre, paternis egit ab  
oris:

Martigenas Hunos quo tempore Martius he-  
ros

Mathias acri late ditioe tenebat. 10

Non illi torpore graui claudebat lumina som-  
nus

Nec sua faemineo contriuit tempora luxu.

Non aleae, non ludus, opus, non otia vana.

Non pingues illi patinae, non pocula curae;

Sed labor assiduus, studiisque exercita virtus.

Hic fidei tutor et religionis auitae,

Per mare, quod Rhodios et late gurgite Cyprum

Alluit, Assyrias adiit positas in collibus vrbes,

Ascalon et Gazam, veterem quoque vidit Iop-  
pen,

Et Solymam sanctam, praecelsae tecta Sio-  
nis, 20

Qua sacrum Christi tumulum veneratus Iesu,

Dona



Dona Deo sanctas summo portauit ad aras,  
 Post Bethlehem petiit, Domini cunabula nati,  
 Illustresque alias seruat, quas inclita cultu  
 Vnius Iudaea Dei pro montibus arces  
 Hos maris et terrae est casus perpeffus ad Au-  
 strum.

Nec minus ille etiam Boreae penetrabile fri-  
 gus.

Et freta tentauit Aquilonis naufraga faeui.  
 Hinc adiens solem quae spectant regna caden-  
 tem

Gallorum mores multorum vidit et vrbes. 30  
 Saepe graues sumtus Romani nomine Regis  
 Imperiique sacri fecit, mandata secutus  
 Regia, conuentusque Ducum, conclusa per illos  
 Iuste laudauit. Consilia recta probando.

Nulli difficilis, nulli contrarius vnquam,  
 Quo meruit dignam factis assumere laudem.  
 Hic coeli virus fugiens, et Apollinis arcum,  
 Cum fratre et paucis adiit primoribus arcem,  
 Cui dedit a vacca et burgo gens accola nomen.  
 Hac ad se quoque Germano primate voca-  
 to, 40

Cui simul in solis prouidit monte salutem.  
 Donec faeua lues horrendaque pestis abiret.  
 Non tamen interea oblitus sua regna tueri,  
 In tria diuisit famulos consortia fidos  
 Armigero extremos custodit milite fines.  
 Et lecto medias pacauit iudice terras  
 At reliquos secum seruauit prouidus heros,

Lege tamen tali, ne quisquam ex arce subiret,

Neu forte infecta morbo cum gente loquutus,  
Ad socios rediens peste incestaret amicos, 50

Hoc duri poena praecepit carceris acri  
Tunc quoque Phoebæa medicus fuit arte peritus,

Illique a tenera custos aetate putatus,  
Plus reliquis noscens compagem corporis  
eius

Naturamque Ducis, coelesti fidere tractam,  
Non tantum Chœi clariue Machaonis arte.  
Is studii causa, aut certe solatia quaerens,  
Nonnunquam monti iunctam descendit in urbem,

Quod cum liuor edax, et felle grauatus amaro,

Obliquumque tuens vidit, tum corda malorum 60

(Qui virtute gradus nequeunt conscendere ad altos)

Anguea succendit pingui perfusa veneno.  
Ut phisicum falso nonnunquam crimine tactum

Inuidia moti ferrent ad Principes aures,  
Sic famam illius conspirauere nefando  
Tradere Scariothis scelere in discrimine Iudae

Libera credentes formosi insignia Phoebi  
Sartorum Martisque ligari iuribus arctis.

Quos

Quos vbi praefatus, generoso sanguine na-  
tus.

Audisset Princeps sic libero Apolline mo-  
tus. 70

Repulit a se confusos, et lumina moesto  
Demissos vultu, medico quod nemo dein-  
ceps

Innocuo crimen delator fingeret audax.  
Inde fauore Deum meruisse, et Apollinis arte  
Creditur, vt bis quinque nihil morbique mali-  
que

Annos sentiret per sanos integer artus.  
Quod si forte aliquis iam tunc irreperit eius  
Membra dolor, mox auxilio medicina fuis-  
set.

Vixit enim genio sospes ac Hercule dextro  
Prosper, et effosso multum gauisus in aere 80  
Fratribus auxilio charus, iucundus amicis  
Consilio, tum Principibus, tum regibus ae-  
que,

Cardineisque viris magnis in rebus amatus.  
Maximus hunc etiam Praeful dilexit abun-  
de.

Hastarum ludus, solatia Martis honesta.  
Venatuque canum vastos circumdare fal-  
tus

Cura fuit volucresque vago cepisse volatu.  
Tractaturus idem de connubio celebrando  
Ante Cleoneum quam intraret Apollo leo-  
nem,

Difficili gressu Tarpeias venit ad arces. 90  
 Aemulus hunc odit sed nil nocuisse valebat.  
 Lustra decem primo semper nascentis ab ae-  
 uo

Fortunatus erat, felicibus editus annis.  
 Post vero in regno quaedam impedimenta vi-  
 debat,

Quae virtute tamen sollers compescuit he-  
 ros,

Atque ita longaeua populos in pace rege-  
 bat.

Septuagesimus huic ubi praeteriisse secun-  
 dus

Obliquo motu solaris creditur annus.

Immortale suis nomen laudemque relinquens.

Debilis in patria fessusque labore quieuit. 100

Corpus quod dederat tellus excepit auara

Ast anima ad patrem rediit, qui contulit il-  
 lam.

## APPENDIX II.

*Varia Alberti Epitaphia apud Georg. Fabricium  
 in Annal. Urb. Misnae f. 74. 75. con-  
 servata.*

### I. Conradi Wimpinae.

**S**Axoniae Dux magnanimus, virtute vel ar-  
 mis

Fridrici Augusti tiro neposque fuit.

Qui

Qui Phryfios, Flandrosque lenes, glaucosque  
Britannos

Terribili lituo faepe fugauit atrox.

Extitit hic terror Gallis acrique Sicambro

Eius et expauit Belgica terra iugum.

Victor ab Oceano, Zephyris luctantibus am-  
plas

Exuuias retulit, signaque capta ducum.

Victor ab aurora prostrauit Pannonas armis

Regis et Vngarici faepe refregit opes.

Et vos O! Phryfios, ob captum tristia natum

Ferre iubet, vestros depopulatus agros.

Illius ad cunctas peruenit gloria terras

Dictus et imperii dextra fuisse manus.

Pro tantis meritis ingratus nil dedit orbis:

Praemia sed nouit iusta referre Deus.

II. Hermanni Buschii Epigrammat.  
L. III. A. V.

Hic iacet Albertus, inuicti nominis heros

Saxonum columen, gloria, fama Ducum

Cui viuo arbitrium pugnae Mars tradidit om-  
ne

Et Bellona suos ad iuga flexit equos:

Iuppiter et legum placidas cui cesfit habenas,

Hostibus vt terror, pacis vt esset honor.

II. Aliud Eiusdem.

Hic iacet Albertus, tuus, O Saxonia, Dux qui

Summus bellorum, pacis et auctor erat,

K 5

Quem

Quem nec iustitia reges vicere, nec armis,  
Saxa premunt corpus, nulla sed vrna decus.

III. Eiusdem.

Alberti sita sunt hic clari Principis ossa,  
Qui fuit inuictus robore, pace, fide.

\* Sospite quo coelos aequabat Misna beatos,  
Et tetigit superos vertice laeta Deos.

Hoc viuento fuit scelerum repressa facultas,  
Hoc pro iustitia principe pugna stetit.

Virtuti nunquam meritos subtraxit honores,  
Fulsit in excelfo pax probitasque loco,

\* Fabricius loco cit. ita legit hunc versum:  
Aequabat coelum quo sospite Misna supremo.

IV. De incerto genere mortis, quod in vulgus  
emanauit, id scripsit Ioach. Camerarius  
Scazorite Trimetro Ca-  
talecto.

Nondum genus mortis meae refertur,  
Neque adhuc sciunt populi, quid interemit.

Hic ferreum somnum capio sepultus,  
Albertus ille Phrysiis timendus,

Propago Martis, praeliorum Enyo  
Multi putant hostilia obsidentem

Moenia trucidatum esse flammicreperae  
Fundae globo: multi negant ita esse.

Sat hoc tamen constat carere vita

Albertum ab ortu Saxonum Ducem auito  
Ne Phrysiis iam nunc quidem timendum.

APPEN.

APPENDIX III.

*Oratio de Alberto Duce Saxoniae, auo illustriss. Principis Ducis Saxoniae, Electoris, Augusti etc. recitata a Vito Ortelio Doctore iurisconsulto ac Professore in Academia Wittenbergensi, cum insignia Doctoratus in Iure tribuerentur Lazaro Colero*

*Oschazensi, die 23. Octobris*

*Anno 1567.*

**R**ecitabo quaedam ex historia Alberti Ducis Saxoniae Aui paterni optimi et beneficentissimi Principis nostri Ducis Saxoniae Electoris Augusti, cuius virtute Germania periculosisimo rerum statu, difficillimis bellis civilibus explicata ac pacata, terroreque externorum regum liberata, cum tranquillitate inclinatum imperii decus, ac iam ruens, pristinamque bellicae laudis gloriam, tum pene perditam recuperavit. Vetera enim et a nostra memoria remota, aut externa etiam et aliena. Si cognoscimus cupide, et ubi occasio est gloriose efferimus: Si cum Atheniensibus Cimonis, Miltiadis, Themistoclis: Cum Romanis Camillorum, Fabiorum, Scipionum res gestas decantamus et extollimus; quanto magis haec meritis debemus nostrorum Principum, neutiquam vlla generosi decoris laude ab illis cadentium? quorum memoriam aeterno silentio abolere quasi et obruere, summa ingratitude est.

Natus

Natus est Albertus in arce contigua pervetusto oppido terrae misenae, cuius nomen Grimma ad Muldam fluuium, Calendis Augusti, Anno restitutae salutis nostrae Millesimo, quadringentesimo, quadragesimo tertio: Patre Friderico, Sacri Romani Imperii Electore: ex hac gente Marchionum Misiae secundo: Matre Margaretha, filia Ernesti, Archiducis Austriae. Sed Parentes suo Maiorumque splendore clarissimos indicasse satis sit. Nec primam aetatem attingam.

Fratri Ernesti mentionem ut faciam, rarissimo exemplo summæ concordiae moneor. Fuit enim inter hos tanta coniunctio animorum, ut quanquam conditione ingeniorum et corporum dispares essent (alter enim imbecillior corpore, ingenio placidior et ad togata consilia natura propensior: alter robustior corpore, ingenio acrior ac feruentior, et bellicae laudis erat audior) nulla vnquam tamen offensa fraternam benevolentiam diremerit, aut languescerit, cum multos annos ambo mariti et numerosa aucti sobole vna in domo, cum amplissimis, sed distinctis tamen familiis simul habitarent, et imperarent, Ernesto rem familiarem et negotia vniuersae gubernationis administrante: Alberto sic vbi opus foret, illum subleuante: vtroque pulcherrimo et gloriosissimo concordiae studio alterum mutuae benevolentiae ac reuerentiae officiis anteuertere ac superare contendente. Non habuit ea aetas praestantiores his,  
duo-



duobus fratribus Principis, cum vterque suo loco, alter Ernestus domi togatae gubernationis consilia matura prudentia dirigendo moderandoque: alter Albertus externa et ciuilia bella viuida virtute restinguendo, Germaniam grauiter afflictam pene ab interitu vindicavit atque eripuerit, vtrumque prouidentiae diuinae singulari beneficio patriae concessum, et diuinitus ea consiliorum ac victoriarum felicitate ornatum esse agnoscamus. Albertum nemo procerum Germaniae tunc, vel excelsae staturae proceritate maiestateque thorosi pectoris, vel habili ad arma corporis firmitate atque amplitudine, vel impauidi semperque constantis animi vigore, vel perspicacis ingenii acumine, iudicii que maturitate, atque in dubiis et obscuris rebus aut periculosis etiam expediti consilii promptitudine, vel iustitiae militaris atque in deuictos clementiae laude adaequabat. Talem vero Ducem flagitabat Germaniae conditio, cui quassatae faeuis motibus domesticis, nec vsquam Imperatore inualido inopia consilii et virium, vel oportunis remediis, vel iusto robore ruinas fulciant, omni ex parte reges potentissimi ac bellicosissimi imminebant.

Tumultuabantur in media Germania ab vna parte Carolus Burgundus, ab altera Albertus Brandenburgicus cognomento Achilles. Carolus vehementis feruidique ingenii atque animi Princeps, fracto Ludouico XI. Franciae Rege, ingenti spiritu ausuque pari, non tantum no-

men

men dignitatemque regiam, sed et Romani imperii fastigium affectabat.

Hunc attraxerat in Germaniam Rupertus Palatinus contra Hermannum Hasfiae Landgravium, quo cum Palatinus de Episcopatu Coloniensi contendebat armis, et ad obsidendum Nouesium Carolus iam cum exercitu accesserat. Albertus Brandenburgicus Noricis infestus omnem eorum ditionem incursionibus depopulabatur assiduis maximeque infestis.

Ab ortu terrebant Germaniam arma Boemica, Pannonica et Sarmatica. Saeuitiam gentis Boemice reformidabant vicinae prouinciae, memoria earum irruptionum, quas paulo ante fecerat, funestissimas, vltura iniustam necem sui Magistri Husfi, cuius monitu mutata religione a Pontifice Romano discesserat. Eam religionem, qui tunc regnum tenebat, Georgius Boiebracius constanter defendebat.

In hunc furis Pontificum concitabatur Matthias Coruinus Pannonum Rex a magis necessariis et longe iustioribus bellis Turcicis impie nefarieque Pontificis Romani imperio abstractus. Hic simul renouabat bellum in Austria vix sopitum spontanea de Pannoniae regno cessione Friderici imperatoris atque diadematis regii restitutione, quod a morte Ladislai adolescentis retinuerat Imperator regni seu spe seu cupiditate. Cumque se perditurum operam in regno Boemiae debellando cerneret, nisi interiecta prius Austria potiretur, id agebat quaesito praetextu,

textu,

textu, vt tota Austria Imperatorem exueret. Nec obscure minitabatur Saxonie Principibus, quod Boiebracio auxiliarentur.

Implicabantur his motibus Poloni, primum impulsi ab Imperatore, paulo post a morte Gegii euocati ad regnum Boëmiæ procerum consensu, et aduolante Rege Matthia cum exercitu in Silesiam quam Polonus vt Boëmici regni prouinciam erat repetiturus, contrahebatur toto moles belli intra Silesiæ fines, locantibus ad urbem Vratislauiam castra tribus regibus manifesto cum periculo propinquæ Germaniæ. Carolo Burgundo vero ad Nanseum trucidato, Galli totis vicibus id moliebantur, vt turbatis distractisque proceribus et urbibus potentioribus in Belgio, ac plerisque pecunia ab haerede legitimo alienatis non solum Prouincias Francico regno subditas ad sese retraherent, sed reliquis etiam, quas maiores eius connubiis acquisuerant, ab Imperio auulsis regnoque Francico copulatis, vt Galliae regnum ex antiqua Caesaris descriptione ad veteres Rheni limites proferrent.

Tanto in discrimine constitutis rebus, vnus maxime Albertus oportunam opem tulit, depulsisque periculis, receptis magna ex parte, quae auulsa erant, conseruatis, quae incerto dubioque Martis euentu nutabant, bellis difficillimis confectis, Imperatori patriam et imperium, Maximiliano Belgium, Germaniæ pacem,

cem, decusque bellicum atque imperii Maiestatem reddidit.

Bello Burgundico declaratus imperii signifer, tantas subito coëgit copias, vt Carolo quamquam intrepido ac praeferoci bellatori, magnitudine, tamen apparatus et sui aduentus fama consternato, non modo conceptas de imperio ingentes spes excusserit, sed pacis etiam conditiones extorserit, quae Maximiliano ex nuptiis filiae Caroli non dubiam spem amplissimae haereditatis adferebant.

Matthias Corvinus tribus asperis bellis vno Bohemico, duobus Austriacis, vim eius atque vehementiam grauisimis suis cum detrimentis expertus, ita eum deinceps et metuit et coluit, vt soli inter Germanicos Principes omnem laudem optimi Ducis ac bellatoris tribueret, et belli pacisque arbitrum faceret ac disceptatorem. Boëmico bello Boiebracium adiuit ac defendit, Vngaris victoria pene certa atque explorata e manibus erepta solerti celerique superuentu, cum illi Boëmos ad molendinum quoddam Austriae conclusos ac plane desperatos, iam mactaturi essent. Austriaco vtroque pro Imperatore propugnauit, sicut belli molem ac sumtus solus sustineret, sed tantis successibus rem gessit, vt priore bello caesis superatisque Pannonum copiis pugna stataria valde attruerit Matthiae vires; Altero eundem multis praeliis contusum ac languefactum, et maxima Austriae Stiriacque parte pulsum, ad pacificationes

tiones

tiones sponte tentandas adegerit, de quibus, cum ipsi belli Duces in oppido S. Hippolyti congressi, inter se conuenissent, pax his legibus confecta ac firmata est, vt Matthia Viennam retinente, dum in viuis esset, caetera, quae Albertus recepisset, manerent in potestate Imperatoris. Sed aliquanto ante posterius bellum, cum tres Reges, Casimirus Sarmata, Vladislaus Boëmus, et Matthias Vngarus, tres diuersos exercitus adduxissent ad urbem Vratislauriam, dimicaturi de Imperio Silesiae, quam Matthias regno Vngariae adferebat, Albertus ascitis in belli societatem vicinis Marchionibus, coactoque equitatu sex millium, vt periculum, quod impendebat, et suis terris et toti Germaniae ab exercitu, victor, si ad manus deueniretur, maturè anteuenteret, celeritate incredibili cum equitatu suo ad urbem Vratislauriam delatus, tantum regibus terrorem incussit, vt illi metu acceptis conditionibus pacis, quae ferebantur, etsi neutris satisfacerent, sicut euentus ostendit, exercitus tamen e prouincia protinus reducerent.

Oderat occulte Matthias Albertum, et cum sub initium expeditionis a limitibus Misenaë ditionis non procul abesset, vlciscendae cladis Austriacae causa inferre detrimento aliquid terris ipsius cupiebat; idque emissis turmis aliquot Vngaricorum equitum, qui incurfiones in Alberti ditionem facerent, frustra tentarat. Acuebant odium Gnathones aulici, confictis erimi-

↳

ribus,

nibus, quae in Matthiam ab Alberto dicta comminifcebantur. Ea re comperta Albertus, quod memorabile est, nihil diffifus hofti, fui excufandi cauffa, cum exiguo comitatu ex impro- uifo prorfus in caftro hoftilia ingreditur, recta ad tentorium Regis accedit, deque fuo aduentu moneri eum iubet. Intromiffus per interpre- tem fignificat Regi, fe non conuiciis aut iurgiis, fed manu et armis cum hofti certare didiciffe, nec fe vlla priuata de caufa ei inimicum effe, quem et propter regium nomen veneretur, et propter potentiam non cenfeat temere laces- fendum effe, fed quicumque fe patriae et imperii hoftem profiteretur, hunc fibi hoftem effe ac fore, quoad viueret.

Miratus magnitudinem animi Matthias faci- lius affenfit legibus pacis, et tanti eum deinceps fecit, vt cum ex male facta pace recrudefcenti- bus fubinde bellis inter ipfum et Boëmum, vide- rentur res controuerfae femel componendae effe, Matthias Albertum in Morauiam euoca- tum Vladiflao affentiente arbitrum controuer- fiarum ftatuert. De cuius fententia tandem res ita tranfactae funt, vt Polono Boëmiam te- nenti adiecta fit ea Silefiae pars, quae montibus Boemicis adiacet. Reliqua Silefia cum Mora- uia et Lufatia vtraque relicta fit Hungaro, fed ea lege, vt fi haeres regni nullus ei nafceretur, vni- uerfa haec reuoluerentur ad Vladiflaum. Si haeres fuperftes effet, Matthia mortuo, Vladif- laus ab haerede eas prouincias redimeret du- centis

centis

centis millibus aureum nummum. Ad hunc modum longis ac periculosis bellis sublatis et oriente pacato ab ea parte Germaniae pacem peperit.

Interea a Caroli Burgundi caede, Maximiliano urgente nuptias cum sponfa Caroli filia, et destinatas doti ex pacto prouincias occupante: Gallis contra Burgundiam ac Flandriam euastantibus, et quibusdam e Belgii proceribus atque urbibus seditiosis (quorum Duces erant et capita Philippus Rauenstenius et Reguli Montfortii, res ad Gallos trahentibus, magni motus in Belgio extiterunt. Hic cum ex nouo exactio- num onere animi subditorum exacerbarentur; eo usque processerunt, vt in seditiosum quidem, sed asperum tamen ac diuturnum bellum exar- descerent, et cum noua nupta Maximilianus a Brugensibus mox inter initia captus ibidem ali- quandiu in custodia publica asseruaretur a Gandauen- sibus vero maiore amentia ad arctio- res carceres deposceretur.

Eam contumeliam tam acerbe tulit Alber- tus, vt si vel impendio vitae suae ulturum illam iuraret. Creatus ergo summus belli Dux cum potestate vniuersa, postquam toto octennio se- ditiosos hostes variis obsidionibus et praeliis fractos ac fatigatos in potestatem redigisset vni- uersos, Gallos repulisset, Belgium omne Maxi- miliano pacatum reddidit.

Inde Carolum Geldrium opibus auxiliisque Gallicis insolentius ferocientem cum repres-  
L 2
set,

set, et Phrygios indomitos antea, neque vlla ferentes imperia subegisset (quam prouinciam in laborum praemium et sumtuum compensationem Imperator decreto imperii debellandam ei atque occupandam concesserat) victoriis meritisque et bellica gloria cumulatisimus diem suum obiit. Ad Amasiam Phrysiae flumen, in oppido, quod flumini *ὁμῶνον* est, pridie idus Septembris, Anno Christi Millesimo quingentesimo, cum aetatis annum quinquagesimum sextum multis inclytis heroibus et artificibus excellentibus fatalem paulo ante compleuisset, dignior vita longiore, nisi fata patriae tantam virtutem inuidissent.

Agnouit haec merita, et grauisimo testimonio celebrauit senex Imperator Fridericus, cum Maximilianum filium in comitiis solennibus Francforti renunciatum Romanorum imperatorem, ac simul imperii curam defensionemque Alberto tali cum encomio commendauit, ut custodem eum ac vindicem pacis publicae et patriae, filiique sui patrem salutarit, atque imperatorem *αὐτοκράτορα* cunctis Germaniae bellis declararit congratulante virtuti tantae laetissimo cum applausu tota circumstantium Procerum corona.

Italia suum de eo iudicium testata est sententia Innocentii Pontificis. Hic decreto Senatus purpuratorum, aurea rosa donatum, et glorioso elogio dextrae manus imperii insignitum, dignum esse ostendit, qui propter dexteram fi-  
de



de virtuteque praestantem, proque tot bellis ex patriae salute dignitateque feliciter gestis atque confectis amplissimis honoribus ac praemiis decoretur.

Germania quantas in eo spes positas habuerit atque defixas, ostendit, cum ad arma consternata victoriis Turcarum, qui Baiazete imperante, Illyriorum Pannonumque et Croatarum copias, quae pro communi salute in unum coierant, Cadumbassa duce recens non procul a Sauo trucidarant, et mox duce Schenderbassa luctuosa incurfione Carinthiam Stiriamque depopulati ultra Tiliauentum in Eufaneos penetrarant. Cum ergo hic potentissimae gentis territa successibus, respiceret ad hunc vnum, huius imploraret virtutem ac fidem, hunc ducem summo cum imperio efflagitaret.

Multa in eo ac praeclara militaris consilii vis, sed egregia simul rectae voluntatis atque vni Reipublicae perpetuo ac vehementer addictae constantia, et animus aequi honestique appetens, atque in vtraque fortuna semper moderatus emicuit. Nulla nec mouit nec fouit, nec adiuuat ciuilia bella, vt multi alii, sed inflammata restinxit. Nec sese vt locupletaret, cauponatus est externa, sed e conuerso pro Repub. in hostes externos, vitam fortunasque impendit ac profudit suas. Nihil insolenter, nihil auare, nihil crudeliter statuit.

Seditiosis in Belgio quancquam laesae Maiestatis reis, et extrema meritis supplicia, interque

hos Gandauensibus praecipue, ac Brugensibus, qui manifeste Gallico nomini fauerant, optimique belli iure propter perfidiae noxam hostilia omnia promouerant, clementer tamen ignouit ac pepercit.

Philippo Rauenstenio hosti acerrimo, vita donato potestatem fecit abeundi, quo vellet. Transiit is ad Gallos, vt Praefectus classi Gallicae aliquanto post infeliciter tentata, Mitylenes oppugnatione, cum naufragio classem amisisset dedit perfidiae ac seditionum poenas. Hominum vero innocentum ac praesertim agricolarum fortunas nemo illo seuerius a licentia militari defendit.

Tantarum virtutum fama et memoria cum in hominum animis celebritate rerum gestarum confirmata vigeret, mirum non est, omnium votis eum desideratum esse in pauente ac trepida Germania, quando Selimus post contusos acerrimo praelio Perfes, Aladulosque et Sultanos Aegyptios fulminea celeritate deletos, victrices copias ex Asia in Europam traducturus crederetur, et cum pene desperatis rebus Maximiliano in imperio quaereretur Successor, periculosisimo Europae factionibus ac bellis intestinis distractae statu opponendus, et vicinorum regum insolentiae et pene indomitae atque insuperabili vi Turcarum mox in Occidentem sese effusurae.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.







Datum der Entleihung bitte hier ein

18. Aug. 1999

- 8. Jan. 2000

SLUB DRESDEN



3 0169165

Handwritten scribbles in red ink, possibly a signature or initials.

Handwritten number '99' in blue ink.

